

RUPER. ABBATIS TUTTIEN. DE VICTORIA VERBI DEL.

assimilatus est filio dei, vero & aeterno facerdoti in celum ascendisti. Plura de hoc die poterant, veruntamen pro praesenti proposito hoc tantum dixerim, quia dignus semetipso fecit verbum & veritas dei, qd tali in tempore, quando Iezabel cum Achab, & cū vitulis Hieroboam acceperat Baal, taliter per hunc virtutem suam noram fecit; propter eos qui ignorabant, & errabant, ne simul cum impiis in eandem deciderent perditionis foueam.

Quæ miracula fecerit Helias, & quod spiritus Helias duplex in Heliseo, duplicato miraculorum numero, comprobetur.

CAPVT X.

2.Reg.17.

4.Reg.2.

Helia miracula.

Helisei miracula.

4.Reg.2.

Vigilanter hoc animaduertendum est, quia propter causam eiusmodi tam ultroneus ad operandas virtutes semetipsum ingessit ita incipiens. Viuit dominus, in cuius conspectu sto, si erit anni his ros & pluia, nisi iuxta oris mei verba. Et in Heliseo causa eadem consideranda est, dicente. Obscurio, ut si sit spiritus tuus duplex in me. Hoc intendebant, ut operando mirabilia conuinceret impios, quod nec vitulus, nec Baal est deus, sed dominus ipse est deus. Et reuera ita factum est. Spiritus Heliae, id est, operatio virtutum, quae in spiritu domini data fuerat Heliae, duplex in Heliseo facta est. Duplicata nanci numero miracula fecit Heliseus supra quam Helias, etenim si rit numeres, Helias octo, Heliseus sedecim miracula operatus est. Primum Helise fuit, qd verbo continuo coram plueret. Secundum, qd coram paterunt est. Tercium, qd apud viduam, quæ pascebat eum, iuxta verbum eius, hydra farinæ non defecit, & lecythus olei est immunitus. Quartum, qd mortuus eiusdem vidua filium resuscitauit. Quintum, qd eum offerente holocaustum exaudiens dominus per igne, videente populo, & dicente. Dominus ipse est deus, dominus ipse est deus. Sextum, qd orante illo, facta est pluia grandis. Septimum, qd pallio suo percutiebat aquas diuisit, & transiit cū Heliseo. Octauum, qd currus igneus, & equi igne diuiserunt vtruncq; & ascendiit Heliae per turbinem in celum. Protinus Helisei primum, qd pallio Heliae percussit aquas, & diuisit lumen. Secundum, qd aquas pessimas & terram sterilem sanauit. Tertium, qd illudentes ei pueros vrsi faceruerunt. Quartum, qd congregatis tribus regibus, Israele, & Iudea, & Edom, cum non esset aqua exercitu, fossas fieri iussit, & repleta est terra aquis. Quintum, qd mulier vidua ex modo oleo vafa non paucu ampleuit. Sextum, qd mulier, quæ illi ministraverat, & non habebat filium, conceperit, & peperit in tempore & hora, quam ille praedixit. Septimum, qd mortuus eudem puerum resuscitauit. Octauum, quod in olla eremita gustus amarissimos dulcorauit. Nonum, qd ex viginti panibus ordecais comedente iuxta verbum eius centum viti, & superfluit. Decimum, qd Naaman principem militare regis Syriae per lauachri aquæ à lepra sua curauit. Undecimum, qd Ieha egressus ab eo, factus est leprosus quasi nix. Duodecimum, qd eo mitente lignum, ferru quod elapsum fuerat, super aquam natavit. Tertiumdecimum, qd missis contra eū Syros dominus, orante illo, exercitare percussit, donec introduceret eos in Samariam. Quartumdecimum, qd soluta obsidione Samariae, duo modij hordei statere uno fuerunt, & modius simili statere uno secundum sermonem eius in porta Samariae. Quintumdecimum, quod dum argoret, prælagium fecit regi Israel, quod tribus vicibus Syriam percursorum esset. Sextumdecimum, quod eū mortuus esset, projectum est cadaver hominis in sepulchrum eius, & cum tetigisset ossa Helisei, reuixit homo, & stetit super pedes suos.

Quid & quando profecerint in populo, Helias & Heliseus prophete.

CAPVT XI.

2.Para.24.

2.Para.22.

Et quidem in omnibus istis non penituit populus, & non recesserunt a peccatis suis, id est, à vitulis, quos fecit Hieroboam vñq; dum abiecti sunt de terra sua, & dispersi sunt in omnem terram. Veruntamen Baal deletus est de Samaria, & de Hierusalem, nam etiam in Hierusalem profluxerat sacrilegium Iezabel, quia videlicet Athalia filia Iezabel & Achab, vxor fuit Ioram, filii Iosaphat regis Iudea, de quaistic scripti est in Paralipomenon. Athalia enim impissima, & filii eius destruxerant dominum dei, & de vniuersitate, quæ sanctificata fuerant templo domini, ornauerat phanum Baalim. De vtricq; deletus est Baal, id est, de Israel, & de Iuda. De Israel per Heliam & Heliseum, ut mirabilia prescripta operati sunt. De Iuda vero per Heliam. Ille quoq; verbi dei minister, sicut scripti est, Allate autem sunt ei, videlicet Ioram filio Iosaphat literæ ab Hella propheta, in quibus scripti erat. Hec dicit dominus deus Israel, deus David pater sui, quoniam non ambulauit in vijs Iosaphat patris tui, sed incepsit per iter regi Israel, & fornicare fecisti Iudam, & habitatores Hierusalem. Ecce dominus percutiet te plaga magna cū populo tuo, & filiis, & vxoribus tuis, vniuersaq; substantia tua, tu autem ægorabis pessimo liguore veteri, donec egredietur vitalia tua paulatim per singulos dies. Iuxta verbum hoc factum est. Ille nanci videlicet Ioram, filius Iosaphat, rex Iuda, per duorum circumlocutiones, scilicet longa consumptus est, vt egereret etiam viscera sua, languore pariter & vita caruit. & vxore eius Athalia gladio intersecta, ingressus est Ioiada pontifex, & omnis populus domum Baal, & destruxerunt eam, & alta-

LIBER V.

Fol. 36.

& altaria ac simulachra illius confregerunt. Mathan quoq; sacerdos Baal, interficerunt ante aras. Porro in Israele idem Helias, prophetas Baal quadringentes & quinquaginta viros vnde interficerat, & eos qui superuerant omnes prophetas, vniuersos seruos, & cunctos sacerdotes Baal interfecit, & ædem eius destruxit, statuamque combusit, & communuit Iehu, quem vice eiusdem Heliae in regem Heliseus vinxerat super Israelem. Heliseus namque dominus iusslerat, ut vngret eudem Iehu, & hoc ministerium Heliseus implevit, super quo præcepérat dominus Heliae. Heliseum autem filium Saphat, qui est de Abel in aula, vnges prophetam proprie. Itaque Baal de Iuda, & de Israele deletus est, per fortissimum zelum verbum domini in ore Heliae flammatum, qui videlicet Helias, sicut de illo veraciter dictum est, quasi ignis erat, & verbum ipsius quasi facula ardebat.

Quare etius domini propter Baal amplius, quam propter vitulos aureos, in Heliae exarserit.

CAPVT XII.

Qui causas rite perpendit, amplius veneratur ignem faculæ tam vehementer ardentes, zelum verbum domini tam forciter de cultoribus Baal, seculi clementis. Quemq; cause erant, ut propter vitulos, quos fecit Hieroboam, minus, & propter Baal amplius zelaretur, videlicet, quia cultus vitulorum intra Israelem continebatur. Cultus autem Baal de domo Iezabel & Achab, per famam dictam Athaliam vñq; in Hierusalem, vñq; in domum David profluxerat. Promissio vnde promissio, id est, verbi domini incarnatione sperabatur adimplenda, iuramento ipsius firmata. Ibi amplius fidès vel expectatio promissionis periclitabatur, per sacrificium Baal. Nam vitulos Hieroboam nullus coluit regnum Iuda, & idcirco cultus eorum contra promissionem minus perniciens erat, solummodo tribubus illis contentus, quarum ex nulla Christus nasciturus erat. Igitur vbi Baal superuenit, recte, iuste, & laudabiliter exarserit in propheta suo verbum domini tanq; ignis, gladiumq; arripuit, & sanguinem impiorum effudit. Gladium nanci arripuerat ipse Baal ad interficiendum omne semen Daud, vnde iuxta promissionem, tanq; dicta incarnatione domini futura erat. Sic enim scriptum est. Siquidem Athalia videns mortuum esse filium suum, surrexit, & interfecit omne semen regium. Quod dicit omne semen regij, omnes reges, id est, Davidicæ stirpis masculorum vulle intelligi, vnde semen Abrahæ, quod est Christus, prædictum atq; prescriptum fuerat, iurante domino, deberet nasci. Proinde considerandum, quod non parvæ vel tolerandæ impietatis fuerit Baal sacrificium, cuius cultu & animæ, tam in Iuda, q; in Israele peribant, & antiquus draco diabolus tendebat auferre seminarium salutis nostræ, instigando Athaliam, cultricem eiusdem Baal, ut interficeret & interficiendo auferret sacram Diuidicæ generationis lineam.

Dominum in virga & verberibus visitasse peccata domus David, misericordiam vero non disperisse ab eo.

CAPVT XIII.

Considerata tali ac tanta fortissima zeli causa in fortissimo atq; sanctissimo declamatore verbi domini, tunc usus ad memoriam redit illud eloquium rationabile, & præclarum Davidicæ orationis. Misericordia mea, ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cujus iudicaris. Sermonem ipsorum hic liberte reminisci, in quibus deo volebat iustificari, & vincere atq; obtinere palma veritatis. Qui nam sunt sermones illi? Si autem (inquit) dereliquerint filii eius legem meam, & in iudicio meis non ambulauerint, si iusticias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint, visitabo in virga iniuriantes eorum, & in verberibus peccata eorum, misericordia autem meam non disperga ab eo, necq; prophanabo testamentum meum, & que procedunt de labiis meis, non faciam irrita, temet iurauit in sancto meo, si David mentiret. In his sermonibus suis, tunc profecto deus verax, magnifice iustificatus est, & splendide vicit. Tunc enim filii David maximè legem dei dereliquerint, & in iudicio eius non ambulabat. Iusticias eius prophanauerint, & mandata eius non custodierant, quando supra memoratus Ioram filius Iosaphat, occisus omnibus fratribus suis, ambulauit in vijs regij Iuda, sicut egerat dominus Achab, cuius filia Athalia vxore habebat, & seruauit Baal. Eiusmodi iniuriantes & peccata filiorum David, dominus in virga & in verberibus visitauit, misericordiam autem ab eo, subauditum David, non dispergit. In quo misericordiam suā ab eo non dispergit! In quo referatur? In eo nimis, quod cujus Athalia vides, ut iam dicitur est, quod mortuus esset Ochozias filius suis, surrexit, & interfecit omnem stirpe regiam domus Ioram. Iosaphet vero filia regis, tulit Iosas filium Ochoziam, & sura est eum de medio filiorum regis cujus interficeretur, absconditq; eum cum nutrice sua in cubiculo lectori. Iosaphet autem quæ absconditeret eum, erat filia regis Ioram, vxor Iosaphati pontificis, soror Ochozias, & idcirco Athalia non interfecit eum. Qualis virga, quanta verbera, vbi iuxta verbum domini, iuxta veritatem literarum, quas (vñq; supra memoratum est) misericordia Helias, ascenderunt Philistini & Arabes in terram Iuda, & vastauerunt eam, diripiuntq; cunctam substantiam, quæ inuenta est in domo regis, insuper & filios eius & uxores, & super-

2.Para.22.

2.Para.22.

& super-

R V P E R T I A B B A T . T V T I E N . D E V I C T . V E R B I D E I

& super hæc omnia percutius Ioram à domino alii languore infanabili, longa rabe consumptus est, & filium eius Ochoziam, qui successerat Iehu interfecit; ac deinceps malis omnibus saepe mulier omne semen regum occidit. Porro, sub ipsa virgin, inter ipsa verbera quanta custodiendæ ipsi David misericordia diligentia, ut Isolatheta vera filia regis, Veraciter filia David, & vxor digna loiaðae pontificis, in sanctulum vnius anni Iosas fuisseetur de medio sistorum regis cum interficerentur. Noluit enim dominus (at scriptura) disperdere domum David, propter pactum quod inferat cum eo, & quia promiserat vt daret illi lucernam, & filii eius omni tempore. Lucerna illa quam promiserat dominus David Christus est; lux vera (qui illuminat omnem hominem) venientem in hunc mundum; quam videlicet lucernam non dedisset illi sicut iurauerat, si nō de occidente stirpis eius superflueret, scilicet ille minimus Iosas. Neq; enim mæsculus alijs superfluit, per quem series Davidica in Christum finienda duci posset.

^{2. Para. 22.} 2. Reg. 19. Quantus & clus in Heliæ, quantæ dignitatis fuerit. C A P . X I I I .

Q Vante putas dignitas est, tantæ rei intuitu fuisse zelatum, sicut ait ipse, zelo zelatus sum pro domino deo exercitum? Non hominem interroges. Currus igneus cū equis igneis, quo ille per turbinem in celum ascendit, tibi responderet. Currus dominiorū, currus triumphanticum vehiculum est. Dominantis ergo animi dignitatem, & amici dei potentiam insignem in illo curru intellige, qui vere dominatis est omni seculo sublimior, & potens exitus in verbo quo continuit, & rufus aperitus colos, potens vngendo reges, ad potentiam, solius regis dei dignatus venerari omnipotentiam. Sedit ergo in curru dominando, æmulator verbi dei strenuus, & mundanæ vanitatis contemptor victoriosus. Et ut magnitudinem recognoscas æmulationis eius, currus non qualiscunq; sed currus igneus erat. Edicī nō potest, conjici tamen ut eum potest, quanto dolore cordis ardebat Heliæ, videns quod homines, qui quantum in ipsiis erat mundum indignum faciebant, illa que Christus est misericordia dudum re promissa, & iuramento firmata. Non quidē auerti poterat, quod bonus & omnipotens promiserat, quia fidelis & verax iurauerat, sed homines (ut fam dictum est) quantum in ipsiis erat, hoc agebant, vt peneiteret deū tantæ misericordia, quam promiserat, quam iurauerat, inimici diuina gracie, hostes salutis humanae, mali cuncti hominibus, pestisimi sibi. O igitur perfectum odium, & sanctum boni zeli in cunctis, cuius dignitatem eccl. testificati sunt, continuo ad eum impetrant, & rufus dando terris pluvias beneficium. Amplius autem mittendo currum igneū cum equis igneis ad subleuandum vietorem emeritum, & potentem diuinitatis amicum. Ex eius glorificatione tam magna, tamq; stupenda, exemplum accipiat, spemq; concipiatur quicq; quod mercede non caret, si verbo de fide obsequium studeat impendere.

Heliæ translatum, ante diem magni & terribilem domini mittendū, & in Iohanne Baptista completerum esse. C A P . X V .

DE isto plurimorum sententia doctorum est, quod circa finem seculi cum Enoch venturus sit, & quod mortem quam non equalit (inquit) sed distulit, pro cunctum debito perfolere habeat, sub persecutione Antichristi. Porro, Hieronymus virorum illustrium non minus, alter sentire, videtur in fine Malachiae prophetae, vbi dominus dicit. Ecce mittam vobis Heliæ prophetam, antequam venierit dies domini magnus & horribilis, ait enim post alias quia. Hæc de Heliæ diximus secuti doctores, quanquam multi sint etiam nostrorum, qui credunt eum ad literam venturum, & restitutur omnia, ac mortis debitum persolutur. Ceterum, dominus interrogatus ab Apostolis de aduentu Heliæ, respondit. Heliæ iam venit, & non cognoverunt eum, sed fecerunt in eum quæcumque voluerunt. Iohannes ipse est Heliæ, qui venturus est. Cum hæc dicit, profecto doctoribus alijs, qui non secundum literam, sed secundum spiritu de aduentu Heliæ sentiunt, se contentare innuit, dicendo. Quanquam multi sint etiam nostrorum qui credunt eum ad literam venturum, ac mortis debitum persolutur. Satis tamen indicat, quod velut eum iam esse à mortis necessitate solutum, quod si ita est, euera magna & magnificum est, multum laudabile inter viros glorioulos, quod in eo magnificencia sua dominus operatus est. Nam si morem adhuc expectat, & timare licet quod minus beatitudinis affectus sit, q; sancti ali, qui deposita omni corruptione mortalitatis, gradi utiq; debito, & graui sunt fore liberari. Nam expectatio mortis sine dubio habet pœna, atq; idcirco beatiores dicere licet eos ois, qbus & de morte timor nullus, & de gloria resurrectionis certa spes est. Magnificenter ergo cū illo actū est, & cū beato Enoch, si morte nō diffulerent, sed eueraerūt, si viventes translati sunt, & nullum habent de longa mortis sollicitudine vel expectatione tormentum.

Verisimile esse, Enoch & Heliæ translatos, à moriendo necessitate liberatos esse.

C A P V T . X V I .

ET quomodo duo sunt, legitimūq; est, vt in ore duorum vel trium testiū sit omne verbum. Recte optaremus idcirco illos fuisse translatos, & non esse mortuos, quatenus ex ipsiis

L I B E R . V .

Fol. 31.

ip̄is confirmaretur nobis illud, quod habemus de omni humano genere verbū. Quod est illud verbum? Videlicet quod humano generi mortis, vel mortalitatis causa sit peccatum, quodq; omnipotentis creatoris facile fuisse, acq; voluntariorum hominum in paradiſo positum, & omne genus humanum suo vel sibi placito tempore, absq; morte corporis transferre ad immortalitatis regnum, vbi mors nec est, nec vñquam accidere potest. Magnum utiq; verbū, & difficile apud illos qui cardi sunt ad credendum, in his maximè de quibus nullum accepereunt experimentum. Quid igitur, si placuit omnipotenti deo saltu duos homines ex massa corrupta genitos transferre pro testimonio, vt habeat duos testes, quorum in ore sit hoc verbum, quod scilicet nihilominus omnes homines absq; morte corporis transferre volueret, acq; potueret, si non fuisse massa corrupta per peccatum? Hoc utiq; scire nonnulla sapientia est, cuius intuitu dicere potuerit vir sapiens in laude patrum. Enoch placuit deo, & translatus est in paradisum, ut de gentibus sapientiam. Quod itidem de Heliæ sciendum, & dicendū est, quia translatus est, vt de gentibus sapientiam, quatenus gentes eorum translationem audientes, eoru exemplo excitentur ad ambulandum cum deo, ad obedendum dei verbo, qui sicut illos viventes transtulit, ita & omnes transtulisset absq; difficultate mortis, nisi quia per peccatum mors in hunc mundum introiit. Verum quia sententia viraq; à magnis acq; catholice tradita est doctrinæ, nos hinc certum quid diffinire non ausi, propositum prosequamur.

Post Heliæ & Heliæ idem Verbum dei, alijs prophetis succendentibus non defecisse. C A P V T . X V I I .

Translatio Heliæ qui erat currus Israel & auriga eius, mortuusq; Heliæ, cui itidē ægrotanti dixerat rex Israel. Pater mihi, pater mihi, currus Israel & auriga eius. Nihilominus cursum vel propositum tenuit suum verbum dei, verbum omnipotens quadrigas alias & aurigas alios, ad suum ministerium substituens, protinus namq; exurrexerunt alij præcones verbi domini, hi quorū etiam propriæ extensi libri. Si quidem tunc exurrexit in Israel Olce, in Iudea Esaia, ambo contemporanei, sicut ex ipsorum titulis librorum agnoscere promptum est, qui ita se habent. Visio Esaiae filii Amos, quam videt super Iudam & Hierusalem, in diebus Oziae, Ioathan, Esaiae, Achas, & Ezechiae regum Iuda. Verbum domini quod factum est ad Ozze filii Beeri, in diebus Oziae, Ioathan, Achas, & Ezechiae regi Iuda, & in diebus Hieroboam filii Iosas, regis Israel. Iste est Iosas nepos Iehu, cuius in diebus mortuus est Heliæ, & sicut presens titulus haberet, in diebus Hieroboam filii eius prophetauit Osee. Hæc idcirco dixerim, ut palam constet, verbum domini, nullum de regibus illis excusatulum aut excusabile dimisile, continuoq; effectis prophetis redarguentis cursam, pluresq; prophetæ prophetisq; reges regibus succelleverūt, nam in diebus eiusdem Hieroboam, Amos quoq; prophetales & titulus indicat prophetæ, & illud maxime quod ibidem scriptum est. Et misit Amasis sacerdos Bethel ad Hieroboam regem Israel, dicens. Rebellauit contra Amos in medio domus Israel, non poterit terra sustinere vniuersos sermones eius, haec enim dicit Amos. In gladio morietur Hieroboam, & Israel captiuus migrabit de terra sua. Quid pulchritus quid sonorus hinc potest dicit quod & Psalmista prædixit, & Apostolus succinit. Tu (inquit) in principio domine terram fundasti, & opera manuū tuarum sunt coeli. Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes ut vestimentum veterascent, & velut amictum mutabis eos, & mutantur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficiet. Ad filium, quod est dei verbum, dictum hoc esse, Apostolus meministi. Terra iuxta conditionem coli, iuxta fidem dignitatē fuerunt supradicti Heliæ & Heliæ, sicut & David & Abraham, ceteriq; sancti, quorum in mentibus per fidem deus sedet & habitauit, recte dicuntur coli. Itiusmodi cœli perierunt, id est, pertransierunt, qui mortales erant, & mortui sunt, & quandoque immundi & renouandi sunt, qui sic inueterauerunt. Tu autem ò verbum domini idem es, & illis deficientibus non defecisti, nec defecisti.

Quid sit, quod per Osee dictum est: Non addam ultra miserei domui Israel, sed obliuione obliuiscar eorum, & domui Iuda miserebor.

C A P V T . X V I I I .

In diebus illis (at scriptura) cepit dius tēdere super Israel, vide licet quod incorrigibilis erat ille carnalis Israel, & incorrigibilis eius reges, ita ut nullus eoru recederet à peccatis Hieroboam, id est, à cultu vitulorum quos fecit Hieroboam, qui peccare fecit Israel. Quoniam cepit dominus tēdere super Israel, & percussit eos (at Azabel) in vniuersis finibus Israel. Hoc fuit initium regis. Porro, plenum tedium domini postridem fuit, quando cepit rex Assyrii Samariam, & transtulit Israel in Assyrios, posuitq; eos in Ahaba, & in Abor, iuxta flumen Gozan, in ciuitatibus Mediorū. Plenumq; tedium fuit domini, nō super Iuda, sed tantum super Israel, i.e. super Osee, decem tribus, iuxta quod ipse predixerat in propheta supra memorato. Quia non addam (inquit) ultra miserei domui Israel, sed obliuione obliuiscar eorum, & domui Iuda miserebor.

F Hoc per

RUPERTI ABBAT. T VITIEN. DE VICT. VERBI DEI,

Hoc pertinet ad firmamentum veritatis dei, ut iustificeris deus in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Oportuit planè misereri domui Iuda, & domui David, oportuit (inquam) custodiri, & defendi bonam radicem istius stirpis, unde nasciturus erat Christus secundum veritatem promissionis, & iuramenti ad ipsum David, & ita factum est. Octavo namque anno postquam translatus est Israel de terra sua, ascendit Sennacherib rex Assyriorum ad vniuersas ciuitates Iuda munitas, & coepit eas, & obsedit Hierusalem. Sed non ingredetur (inquit dominus) vibem hanc, nec mittet in eam sagittam, nec occupabit eum clypeus, nec circundabit eam munitio, protegantem vibem hanc, & saluabo eam, propter me, & propter David seruus meus. De Hierusalem quippe egredientur reliquiae, & quod saluerit de monte Sion. Factum est igitur in nocte illa, angelus dominii, & percussit in castris Assyriorum centum oboeclaqueis milia. Nam rursum oblitio qua oblitus est decem tribuum nihil noctura erat propofito dei, dummodo superesset tribus vel domus illa, unde operebat Christum nasci.

Quod verbum dei nondum incarnatum, id est, Emanuel nondum natu liberabit terram a rege Assyriorum.

CAP VT XIX.

Nonne sibi metu prouidit, nonne propter semetipsum hoc operatum est verbū dei? Utique nobis & propter nos sibi prouidit, ut seruaret genus vnde virgo veniens, conciperet, & pareret ipsum, qui vocaretur Emanuel, nondum quidem vocabatur, sed futurum erat, ut vocaretur Emanuel. Attamen dictus Elias inuocabat eum Emanuel, ut a prædictis Assyris Hierusalem liberaret. Cum enim dixisset, Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, postmodum haec quoque locutus est. Adducere dominus aquas fluminis fontes & multas, super regem Assyriorum, & omnem gloriam eius, & ascenderet super omnes rios eius, & fluat super omnes ripas eius, & ibit per Iudam inundans, & transiens vias ad collum veniam, & erit extensio alarum eius, implens latitudinem terrae tuae, & Emanuel. Quod dicit, terra tua, & Emanuel, magna cordis exclamationis est, ad commune faciendum dei verbū, quod terra Iuda ipsius esset secundū propositū gratiae, quia præfinitū atque prænunciatiū fuerat, quod de terra Iuda, & de domo David virgo ipsum cocepit, & pareret, & vocaretur Emanuel. Et quia sic certissimum futurum erat, quia castra Assyriorum percussurus erat iste, videlicet, nondum secundum carnem natus Emanuel, protinus insultabundus dicit. Congregamini populi, & vincentimini, & audite procul vniuersa terrae, confortamini, & vincimini, accinge vos, & vincimini, inire consilium, & dissipabitur, loquimini verbum, & non fet, quia nobilissimum deus. Magna fiducia, magna & certa securitate taliter ab hoc dictum est, quippe cui incertum non erat, nihil esse quod propositum dei auertere posset. Contra cuius consilium, omne humanum consilium vanum est, inde turus inflatur, & iuxta quod scriptum est. Qui habitat in celis, irridebit eos, & dominus subsannabit eos. Ridendo & subsannando prouocat, prouocando irridebit & subsannabit gentes frustra frementes, & populos inania meditantes, qui iam tunc assilabant, & conuenient in unum, aduersus dominum, & aduersus Christum eius Emanuel.

Item verbum antequam sciret puer vocare matrem, accelerasse, spolia detraхisse, & predari festinae.

CAP. XX.

Simul & illud animaduertendum est, quod pulchro & insigni ibidem vocabulo iubetur prædictari. Voca (inquit) nomen eius, accelerata, spolia detraхare, festina prædari. Quare quia antequam sciret vocare puer patrem suum, & matrem suam, auferretur (ait) fortitudo Damasci, & spolia Samariae coram rege Assyriorum. Verē pulchrum congruumque vocabulum. Quid enim, nonne mira acceleratio, & miranda est festinatio, prius spolia detraхare, quod patre sciret hinc vocare? Prior prædari, quod ex matre nascit. Hoc fecit iste Emanuel, quia præiulquam sciret vocare patrem, qui fuit ei Ioseph solo nomine, præiulquam nasceretur ex matre scilicet Maria virginem, sicut cetera beneficia genti sue prouidit. Ita & illud domui Iuda, de qua nasciturus erat, præbuit auxilium, ut auferret fortitudo Damasci, & spolia Samariae coram rege Assyriorum. Quomodo? Ascendit enim (ait scriptura) rex Assyriorum in Damascum, & vastauit eam, & transluit habitatores eius Cyrenen, Rasin autem occidit. Deinde cœpit rex Assyriorum Samariam, & transluit Israhel in Assyrios, posuitque eos in ciuitatibus Moedorum. Quam ob causam fortitudinem Damasci, & spolia Samariae taliter absuluit Emanuel, videlicet eo quod inierit contra Iudam consilium malum Syria, & Ephraim, & filius Romeliae, dicentes. Ascendamus ad Iudam, & suscitamus eum, & euellamus eum ad nos, & ponamus regem in medio eius, filium Tabeel. Ergo quod & Israhel translatus est in Assyrios, recte ascribitur victoriae verbi dei, quia manifeste scriptura testatur, hoc fecisse Emanuel, antequam sciret vocare patrem & matrem, id est, hoc fecisse verbi dei, præiulquam assumeret carnem. Et merito nec Israheli pepercit, quia videlicet, ex quo scissus est Israhel à Iuda, & a domo David, plus ceteris gentibus eidem tribui Iuda inuidit, & contra illum saepius pugnauit. Primus Hieroboam rex Israhel pugnabat contra Abia, regem Iuda, & ille

L I B E R V.

Fol. 32.

ille stans super montem. Audi (inquit) Hieroboam, & omnis Israhel. Num ignoratis, quod dominus deus Israhel dederit regnum David super Israhel in æternum, ipsi & filiis eius, in pacem salis? Et subinde. Nunc igitur vos dicitis, quod resistere possitis regno domini, quod possidet per filios David? Hæc idcirco commemorauerimus, ne quis ignoret, unde vehementiore contra Iudam inuidiaeflammam decem tribus habere poterit, quia videlicet ex hoc loco, & similibus, liquido constat, frequentem fusile inter vitrosq; altercationem huiusmodi, cu diceret tribus Iuda, solum regnum David, regnum domini else. Regnum autem decem tribuum non legitimum regnum, sed rebellionem else contra domini regnum.

Ductis in captiuitatem decem tribibus, finitus bellum Verbi dei contra vitulos aureos.

CAP VT XXI.

Tandem sinitum est duellum, longo tempore protactum, inter deum viuum, dei verbum, & deum Hieroboam, deum metallicum, vituli cornuti simulacrum. Ferducenti & flexiginta fluxerunt anni, ex quo iam dictus Hieroboam, talem sibi deum fecit, vñq; ad annum nonum Osee, quo rex Assyriorum Israhel de terra sua transluit, non resistente verbo dei decre Osee 8. rare sermonibus huiusmodi. Projectus est vitulus tuus Samaria. Artifex fecit illum, & non est deus, quoniam in arenarum telas erit vitulus Samariae. Et in alio propheta. Audite, & conte Amos, stamini in domo Jacob, quia in die, cum visitare cœpero prævaricationes Israhel, super eum visitabo, & super altaria Bethel, & amparabunt cornua altaris, & cadent in terram. Et quia non siebat, nec futurum erat, ut Israhel, vel quispiā ex regibus eius recederet a peccatis Hieroboam, id est, a vitulis eidem, quos fecit Hieroboam, etiā hæc dicebat. Domus Israhel cecidit, non adjicet Amos, ut refugiat, virgo Israhel projecta est in terram, non est qui suscitetur eam. Unde manifestum est iudicium dicentis tunc quoq; in Osee. Quia non addam ultra misereri domui Israhel, sed obliuio, Osee 1. ne obliuiscar corum, & domui Iuda miserebor. De regibus namque Israhel nullus (ve iam dictum est) recessit a peccatis Hieroboam, cum nullus eorum tempore cessaret dei verbum reuocare eos ad penitentiam. De regibus vero Iuda, nonnulli iusti fuerunt, & ex eis qui peccaverunt, non nulli penitentiam egerunt. Iustum ergo iudicium est, quod non addam (aie) ultra misereri domui Israhel, & non iniusta misericordia, in eo quod domui Iuda inquit, miserebor.

Assyrios iustiores fuissent quam Israhel, ideoq; eis in captiuitatem traditum esse.

CAP VT XXII.

Nesciremus nos appendere iustitiam hanc, nisi verbum ipsum fecisset nobis experimen Osee 1. tum, gentem quamlibet proniore esse, magisq; flexibilem ad penitentiam, atq; id, circa iustitorem, & venia magis dignam, quam Israhel. Unde laudanda verē prouidētia dei, qui antequam iudicium proferret super Israhel, sententiāmque daret, quam predixerat. Quia non addam ultra misereri domui Israhel, sed obliuiscar eorum, misit verbū suum ad gentem, quæ runc tēpōris erat asperior, atq; fortior gentibus ceteris. Ac si diceret cuilibet ex prophetis suis. Et si ad populos multos, & profundi sermonis, & ignotę lingua, quorum non positis audire sermones, mitterem te, ipsi audientre te, domus autem Israhel nolunt audire te, quia nolit audire me. Vni namque ex prophetis hoc dixit, scilicet Ezechiel, sed antequam hoc illi diceret, per alium prophetam, magno firmata est experimento veritas dicentis. Factum quippe fuerat Ione 1. verbum domini ad Ionom. Surge (inquiens) & vade in ciuitatem magnam Niniuen, & predica in ea, quia clamor malitiae eius alcedit coram me. Factum est, & predicante illo, crediderunt viri Niniuite in dominum, & prædicauerunt fectionem, & vestiti sunt sacco, à maiore vias ad minorem. Nunquid solus Ionus predicauit in Israhel futuram captiuitatem? immo multum Ione 3. est, quod declamauit Osee, quod personauit Amos eodem tempore, vt de Heli & de Heliaco nunc raccem, quorum supra memini, qui signa præclaræ atq; magnalia multa fecerunt, & Israhel non egit penitentiam, & nullus regum Israhel recessit a peccatis Hieroboam. Quis igitur reprehendere possit, vel audeat iudicium verbi domini, quod Israhel sibi incredulum, creditibus ac per hoc iustioribus Assyrios tradidit? immo laudandum, quia rationabile est & per pulchrum, quod illam potissimum gentem per rale voluit experimentum demonstrare iustitorem, cui trare decreuerat populum prævaricatorem.

Quare dominus Iuda scruta sit, Israhel in captiuitatem ducto, cum vitrolique iusti aliquot fuerint.

CAP. XXIII.

Hec iam illud quis forte obiicit, quod in Israhel quoq; qui translatus est, nonnulli deo placenter, & non potest negari. Nā (exempli gratia) Tobias ex tribu & ciuitate Nephrali, Thobie 1. illa capiuitate captus, & captiuus fuit sanctus, & virg laudabilis, sicut de eo scriptum est. Quia cum caprus esset in diebus Salmansar regis Assyriorum, in capiuitate tamen positus, viam veritatis non deseruit, quam adeo firmiter tenuit, vt dignus existeret novo miraculo, mira nouitate

F 11 nouitate

R V P E R T I A B B A T . T V T I E N . D E V I C T . V E R B I D E I

nouitatem angelicæ visitationis. Cur ergo saltet huic & ceteris, quorum illa historia meminist, non addidit dominus misericordiæ, vt aboliquerent iugo capiuitatis, siue misertus est iudei, & domini David? Ad hæc inquam, Domus iuda, vel domus David, non solum hoc patrocinium apud misericordem deum habuit, qd illic aliqui inuenient sunt iusti, sed quod certò sciendum, & memoriter tenendum est, veritatem verbi dei, vel promissionis, necessariò adimplendam natiuitate vel incarnatione Christi, de tribu iuda, de semine David. Caulam istam Israel, in Assyrios duxit captiuus, non habuit, quia sicut iam superius memoratum est, non de aliqua tribu Israel, sed de tribu iuda promissum erat, quod Christus nasciturus esset. Causa ista, non meritorum, iuvit tribum iuda, veritas dei necessariò implenda, nō propria iustitia seruauit dominum David. Proinde, non magis querendum est De Thobia, ceterisq; iustis, qui iusti esse potuerunt in diebus illis, quod non eos dominus in terram suam reduxerit, qmmodo queritur de iudeis, qui conuertuntur ad fidem Christi, quod non statim reducatur in terram, de qua duis sunt captiuos, fuerint tunc vbiuit decem tribus, de quibus Christus non erat nasciturus, sint nsc vbiuit dispersi iudei, quamuis ad fidem conuersi, quoniam iam Christus est natus, sufficiebat deo, & sufficit humano generi, quia tantum solitus fui & preceauit, quod præmonit fidelis monitor David, dicendo, Ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Quare in lege scriptum sit, Loquutus est dominus ad Mosen: in prophetis autem, Factum est verbum domini, &c.

C A P . X X I I I I .

Res ipsa nunc animum percillit, facieb; clarius audire & sentire distinctionem huiuscmodi visitatam in prophetis. Factum est verbum domini. Nam possunt quidem paria, siue aequalia videri. Factum est verbum domini ad me, & Loquutus est, siue dixit dominus ad me. Verum non ita est, & vt palam constet, non ita esse, primum illud perpende, quod opinio valde electabili esse prudenti animo, quia nulquam inuenies in legi sic dictum aut scriptum, factum est verbum domini ad Mosen, siue ad Aaron, sed ita dumtaxat, loquutus est dominus ad Mosen, dicens, siue, dixit dominus ad Mosen. In prophetis huiuscmodi dictio frequens est, factum est verbum domini, siue, factus est sermo domini. Pulcherrima haec consideratio est, multumq; delectat intueri, quam ob causam istud cautum sit. Quam ergo ob causam putas, quia videlicet in his tantum decuit sic enunciare, factus est verbum domini, ubi que dicuntur cuncta irreuocabilia, cuncta sunt ineuitabilia, veluti iam facta sint. Porro lex conditionali sponsione data est. Exempli gratia, vt in initio dandæ vel date eiusdem legis, præmisso nanci, Vos ipsi viditis, quæ fecerim Aegypti, quomodo portauerim vos super alias aquilarū, continuo subiungit conditionali modo locutionis. Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis, & vos eritis mihi regnum sacerdotale, & gens sancta. Profecto non erant vocem domini audituri, neque pactum eius custodituri, & proinde nec in peculio vel regno dei permanfuri, idcirco non decebat in tali re sic enunciari, factus est verbum domini, & deinde absq; conditione sic proferri promissa. Vos eritis mihi in peculium, vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Sic & de ceteris, maximèq; de sacrificio, cunctis ceremonijs, quoniam transitoria erant, & mutari habebant, non decebat sic edici, factum est verbum domini ad Mosen. Sic esse, vt dicimus, considerans confessum liquet, quia nulquam in Mose, sed in prophetis dumtaxat, siue ad prophetas scriptum habes, factum est verbum domini, & impossibile fuit, & est remanere infectum, quicquid sub tali enunciatione, absq; conditionis interpositione est prædictum. Cu; igitur audimus, vel vbiq; legitum est alicuius propheta, quia factum est ad eum verbum domini, cum audimus quilibet ex prophetis dicendum. Factus est ad me sermo domini, sic accipiamus tanquam fiduciale gaudium, tanquam triumphale triplum, velut si de tenebris ad lucem, de seruitute ad libertatem, de captivitate ad patriam, de morte ad vitam resilient dicentes. dicat resilientes, factum est, factum est. Et quid factum est? factum est id quod futurum est, quia verbum eius audiuitus, verbum illius nos videntes vidimus, cuius dixisse fecisse est.

Omnes ad quos verbum dei factum est, non omnes autem ad quos loquutus est, beatos & filios dei fecisse.

C A P V T . X X V .

Nonne, inquit dominus, scriptum est in lege vestra. Ego dixi, dixi etis, & filii excelsi omnes, statimq; subiunxit. Si illos dixit deos, ad quos sermo deis factus est, & nō posset solui scriptura, &c. deos esse, filios excelsi esse, sanctos & beatos esse omnes, ad quos sermo dei factus est, & ipsum incarnatum verbum hoc dicto refatur, & si cunctam recenteas sanctarū scriptem scripturarum, nullum inuenies, nisi sanctum & iustum esse. Ad quem factum esse verbum domini, prædicetur primus eorum Abraham, de quo sic scriptum est. Ecce (inquit) vernacula meus, vel haeres meus erit, statimq; sermo domini factus est ad eum dicens. Non erit hic haeres tuus, sed qui egredietur de vtero tuo, ipsum habebis haeredem, in quo ecclœstem per Christum intelligi

Psal. 31.
Iohann. 10.

Gene. 15.

L I B E R . V .

Fol. 33.

telligi decet hereditatem. Nam continuo suscipie (ait) celum & numera stellas si potes, & dixit ei. Sic erit semen tuum. Nouissimus vero Iohannes est, de quo Lucas ita referit. Anno quinto, Luce 7., decimo imperij Tyberij Caesar factum est verbum domini super Iohannem Zachariæ filium in deserto. Omnes ab illo primo, usq; ad istum nouissimum, ad quos factum legitimus verbum domini, sancti, iusti, & magni prophetas sunt. Porro non omnes, ad quos locutus, vel dixit aliud, quid deus, non omnes, inquam, sancti aut electi sunt. Nam & ad Cain locutus est, & dixit do- Gene. 4. minus. Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Ad Baalam quoq; locutus est, & aliqua dixit deus, & ita etiam de illo scriptum est semel & iterum, quia dominus posuit verbum in ore eius. Et de istis ambabus quis nesciat, quod non pertinet ad sortem iustorum sive sanctorum, qui (ve iam dictum est) omnes dixi & filii excelsi sunt. Unde diligenter notandum, quia signan- Psalm. 31. ter dictum est, Dominus posuit verbum in ore eius, ut subintelligat prudens auditor, & non etiam in corde eius, quod effet vtiq; factum esse ad eum verbum domini, quia videlicet ad eum nunquam sine amore cordis pervenit verbum domini, nec deesse potest, quin dixi sunt & filii excelsi omnes, ad quos sic accedit verbum domini.

Non Mosen reliquis prophetis comparatum, sed legem promissionibus gratia collata, inferiorem esse, eo quod nusquam legatum factum est verbum domini ad Mosen.

C A P V T . X X VI .

Fortè dicit aliquis. Num ergo Moses propheta domini minor est, aut minus dignitatis ha- Hiere. 7. bet, quam ceterorum aliquis, quoniam de illo scriptura sic nusquam resert. Factum est ver- bum, vel, factus est ad Molen sermo domini. Nunquid ob hoc minus habet, quam ceteri qui proper factum ad se sermonem dei, dicuntur & sunt filii excelsi? Ad hæc inquam, Non vtiq; in hoc derogatur Moses, de quo non ignoramus scriptum, quia loquebatur ad eum dominus facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad arcum suum. De quo itidem habemus scripturæ testi Deute. 34. monium dicentes. Et non surrexit propheta ultra in Israël sicut Moses, quem nos sit dominus facie ad faciem, in omnibus signis atq; portentis. Magis autem diminuit sensum dignitatem legis, quæ per Mosen data est, comparatione gratia, circa quam prophetas versari manifestū est, comparatione testamenti quod ad Abraham firmatum est quadragesimos & triginta annos antequam daretur lex. Multo namq; minor est lex, & minus dignitatis habet, adeo ut dicere non dubites, quod nequaquam circa cærimonias legis, cor dei aut verbum domini ver- fari dignat sit. & vnde hoc probari potest? Ex ipso verbo domini maxime dum in Hieremia dicit. Holocaustomata vestra addite victimis vestris, & comedite carnes, quia non sum locutus cum patribus vestris, & non præcepisti eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de verbo ho- locustum & victimarum, sed hoc verbum præcepisti eis dicens. Audite vocem meam, & ero vobis deus, & vos eritis mihi populus. & ambulare in omni via quam mandaui vobis, & vt bene sit vobis. Itaq; dum legitum passim in scriptura legis, Locutus est dominus ad Molen, & Aaron, & deinde subsequitur tale quid. Haec est religio, sive & sive offeretis, hoc vel illud in sacri- ficiando obserabitis. In prophetis autem, vt in isto, Non sum locutus, & non præcepisti de verbo holocaustum & victimarum, & in David. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut san- guinem hincorum porabo? Dum inquam, hoc legitimus, quoniam non potest solui scripturæ, siue legalis, siue prophetica, siue palmistica, necesse est diuersos esse loquendi modos ita differentes, sicut differunt voluntas & permisso. Nam secundū permissionem locutus est dominus legem cærimoniarum sive sacrificiorum, videlicet considerando runc temporis qualitatem hominum, qui vtiq; ab eiusmodi sacrificijs arceri nō possent. & si non licet eis domino carnes sacrificare, sine dubio demonibus sacrificarent. At vero secundū voluntate suam locutus est deus ad Abraham, & secundum cor suum, testamentū ad eum confirmauit, secundum voluntatem & secundū cor suū locutus est in prophetis. Pulchre igitur discernis legens vel audiens factū ad illos esse verbum domini. Si quid sub hac enun- ciatione dictum vel scriptum est, scis non posse infectum manere, non posse veterescere, non posse mutari, non posse inservari, facilisq; coelum & terram transire, quam quicquam de verbo illo minui vel præterire.

Q V I N T I L I B R I F I N I S .

F 33. R V P E R T I

RUPERTI ABBATIS TVTIENSIS DE
VICTORIA VERBI DEI,
LIBER SEXTVS.

Quid reges & regna, antiqui draconis capita dicantur. CAPVT I.
DE regibus & regnis, quae capita draconis antiqui meruerunt dici, propter magnitudinem iniquitatis (omnes enim iniqui dicuntur, & sunt membra diaboli, quia diabolus spiritu plenior) oderunt verbum dei. Illa autem regna, sive illorum reges regnum, sic praeminebat hominibus iniquis, quomodo in corpore caput praeminet membris, & sic subseruerunt illis aduersus deum omnes iniqui, quomodo membra subseruiunt capiti. Vx ergo illis, quia quantum praeminerunt in potentia, tantum prægrauentur in sententia, quantum in gloria, tantum in pena, ita ut de singulis eorum iustitia dei dicatur. Quam glorificauit se & in delicia sua, tantum date ei tormentum & luctum. Item & illud quod ad primum, scilicet ad Pharaonem regem Aegypti dictum est, ad ynumquodque illorum capitum dictum esse, vel dici potuisse subintelligere. Idcirco posuite ut ostendam in te fortitudinem meam, & narraret nomen meum in omni terra. Nunc iam de praesiliis verbis dei, & tertij capituli sermonem ingrediamur.

Regnum Assyriorum, & regnum Chaldeorum coniunctum, tertium caput draconis fuisse simile leoni. CAP VT II.

Postquam Israel, id est, decem tribus, quae tribui Iuda & domui Davidicæ de propinquitate imminebat, hostis capitalis in Assyrios translatus est, nihil moratus draco ille magnus, id est diabolus, regnum Assyriorum contestum induit, & hoc sibi caput accessibile arbitratus est ad delendam tribulum vel dominum illam, apud quam testamentum dei & promissiones fides erat deposita, sed non prævaluuit, non illo regno taliter velut capite vti poruit, quia (sicut iam superius memoratum est) venit angelus domini nocte, & percussit castra Assyriorum centum octoginta quinque milia. Cuncti diluculo surrexerunt, vident omnia corpora mortuorum, & recedens abiit, & reuerlus est Sennacherib rex Assyriorum, & manlit in Niñiu, cunctu adoraret in templo Nebrach deum suum, Adramalech & Sarafas filii eius percusserunt eum gladio. Completaque est consolatio domini dei dicentes ad Ezechiam. Sed de manu regis Assyriorum liberabo te, & ciuitatem hanc, & protegam urbem hanc propter me, & propter David seruum meum. Idcirco regnum illud de numero capitum draconis non extitit, quia promissionis locum non lacerauit, quamvis lacerauerit, sed quod ab eodem climate postmodum surrexit regnum Babylonis, tertium recte, computatur caput draconis, in quo & facies est leonis, vt legimus in visione Danielis, vel certe quoniam regnum Assyriorum propter magnitudinem superbe potentiae, vel potentis superbie, qua os suum dilatauit, & verum deum dominum blasphemauit, verè fuit hostis capitalis, computeretur simul cum regno Chaldeorum in uno capite draconis. Siquidem in propheta, ubi dictum est. Residuum eruce comedit locusta, & residuum locusta comedit brucus, & residuum bruci comedit rubigo. Per erucam vrasq; nationes Assyriorum atq; Chaldeorum cum priscorum auctoritate doctorum intelligimus, Quia venientes ab eodem climate, terram Iuda deuastauerunt, sicut per locustum regnum Periarum & Medorum, per brucum regnum Macedonum & Graecorum, per rubiginem regnum Romanorum.

Quomodo deus domum David zelo prosequitus fuerit in bonum, diabolus vero in malum.

CAP VT III.

Certatum est itaq; zelo vtricq; maximo, hinc zelo bono, illinc zelo malo. Zelus natus est, zelus domini exercitum, Zelus malus est, zelus diaboli, draconis antiqui, capituli inimicorum. Vt ergo zelus partii istarum circa genus humanum, & tunc maximè circa tribum Iuda, & circa domum David seruerat. Iste in bonu, ille in malu. Vt rursum iam diffinire liber. Zelus bonus est, diligere homines, odisse auctem vita hominum. Zelus malus, odisse homines, diligere auctem vita hominum. Illius boni zeli seruorem magni in obediendo vitia hominum illuc habes, dum premisso, similis Iosaphat, non sicut qui reuerteretur ad dominum in omni corde sue, neque post illum similis illi surrexit, statimq; subiunctum est, Veruntamen non est auctor dominus ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor eius contra ludam propter irritations, quibus provocauerat eum Manasse. Dixitq; Eriam ludam auferam a facie mea, sicut abstuli Israhel. Porro in diligendo homines de eiusdem zeli boni seruore circa idem tempus per prophetam dictum est. Si irritum fieri potest pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, ve non sit dies & nox in tempore suo, & pactum meum irritum esse poterit cu David seruo meo, ve non sit ex eo filius qui regnat

Membra
diaboli.

Exod. 9.

4 Reg. 19.

4 Reg. 20.

Iohe. L.

Zelus.

4 Reg. 27.

Hiere. 23.

LIBER VI.

Fol.

34.

regnat in domo eius. Haud dubium, quin ecclæ zelo malo diabolus machinaretur, quatenus deficeret domus David, nec esset ex eo filius qui regnaret in throno eius, & hoc actum esse putauerit membra eius, scilicet omnes iniqui, quando ablatus est Iuda, sicut ablatus fuerat Israhel de terra sua, cuius ramen captiuitas non similem finem habitura erat. Futurum quippe erat illud propheticum in Osee dictum. Quia non addam ultra misericordiam domui Israhel, & domui Iuda Osee. miseror. Filium ex David, qui regnet in throno eius, certus est esse Christum, de quo ad Mariam angelus. Et dabit illi (inquit) dominus deus sedem David patris sui. Ceterum de regno Luke. 1. temporali, & carnali filiorum David successione, neq; dictum neq; factum est. Et salua dei vereitate iam dudum nullus aliter feder in throno David, cum irritum factum non sit pactum defactum die, & pactum eius cum nocte, sicut adhuc dies & nox in tempore suo.

Draconem tertio hoc capite, aduersum factum quidem verbo dei intentione, cooperatum autem fuisse effectu.

CAP. IIIII.

In initio certaminis iam non dicendum, quia valde impares congressi sunt. Hinc deus siue verbum dei, inde draco siue regnum iam dictum, caput draconis tertium, quam longe imparis congressi sunt. Nimirum velut si congregatur seruus contra dominum, & in congregando iuratum illi praester obsequium. Pulchre hoc innuit ipse dominus, cum & ipsum diabolum & ministru eius regem Babylonis sibi asserti esse seruus. Dicit enim de ipso diabolo ad beatum lob. Nunquid seriet tibi pactum, & acceperis eum seruum sempiternum? Subaudiendum namq; est, sicut feris mecum pactum, & sicut ego acceperis eum seruum sempiternum, subaudiendum etiam est, non voluntate, sed effectu, quia voluntate quidem semper est aduersarius, effectu autem mihi, inquit, & electus meis semper in bonum cooperatur. Exempli gratia, vt nunc mihi in te, & tibi in te bene est cooperatus, vt & tu qui eras ignotus, & praesenti tempore & omnibus superuenturis seculis, in terra & in celo notus habearis & incolytus. Et ego de te exempli habeat parente proponendus, & profuturus electus meis omnibus, quicunque in seculo tribulandi sunt varijs tribulationibus. Dicit itaq; in Hierusalem de ministerio eius regre Babylonis. Nunc itaq; ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis seruus mei. Item, Ecce ego mitti & assumerem Nabuchodonosor regre Babylonis seruus meum. Subaudiendum est eodem modo, quo & de diabolo, cuius ille typus gestis meum, non quide incepit, sed tamen cooperatione, seruus quidem non voluntate, sed nihilominus effectu mihi seruentem, meo proposito proficienterem.

Quibus peccatis in domo David, puniendus draco ille seruerit. CAP. V.

Quis non audiuit, quomodo malus ille seruus, eo tempore verbo dei, verbo deo cooperatus sit, quis no audiuit, quis nescit vocem illam dei, iuramentum illud verbi dei. Semel, Psal. 32. inquit, iurauit in sancto meo, si David mentiar. Quid iurati deus? & in quo non mentitur David. Ponamus, in seculo seculi enim eius, & lemen eius in æternum manebit. Si autem dereliquerint filii eius legem meam, & in iudicis meis non ambulauerint &c. vt supra memoratum est. Hanc veritatem dei, hoc iuramentum minarum dominum vt adimpleretur, vt opere perficeretur, adiutivit ille malus seruus. Et vt iam ex parte factum fuerat, supra memoratum, quia flum iniquitatis, quæ de domo Achab regis Israel per vxorem eius Iezabel, vlg; in domo David profluxerat, visitauerat dominus in virga & in verberibus, percutio Ioram genero Achab & Iezabel, & exterminata omni domo eius, præter vnum parvulum, Iosias scilicet, quem seruus est Iosaphat amica eius, ne illum interficeret Athalia cum ceteris suis crudelissima. At ille regitur, liquæ domus David taliter percutiæ non dolerunt, disciplinam recipere renuerunt. Primum ipse Iosias tantius referuntur, non est recordatus misericordia, quam fecerat Iosaphat pontifex secundum, sed interfecit filium eius Zachariam sacerdotem dicentem. Quare transgredimini præceptum domini. Similiter & ceteri (præter Ezechiel & Iosiam) peccauerunt. Amplius autem Manasses filius eiusdem Ezechie irruit dominum, & seduxit populum, vt facerent malum super gentes, quas contribuit dominus a facie filiorum Israhel. Oportebat igitur adhuc virga elevari, & verba multiplicari, & sic visitari iniquitates & peccata filiorum David, quia non modice dereliquerant legem domini, non mediocriter prophanauerant iustitias domini, inq; plus quam decem tribus, quas perpetue captiuitati tradiderat idem iudex deus.

Zacharias
Iosaphat
filius.

Visitator
peccata.

Quod obessa & expugnata Hierusalem, & populo translato, in fortitudine manus sue Nabuchodonosor se fecisse sit gloriosus. CAP. VI.

Quomodo tandem in hoc negotio malus ille seruus domini deo seruus venit, & Hierusalem obsedit, & copit eam, & incendit Nabuzardan princeps militis domum domini, & domum regis, & omnes domus Hierusalem, & totum murum per circuitum Hierusalem destruxit, & transflatus est Iuda de terra sua. Vx ergo seruo, ve illi pro huiusmodi seruitio, virga furoris domini, & baculus ipse erat, sicut de Assur dictum est, & de ipso quoq; rege Babylonis scriptum est. Contraxit dominus baculum impiorum, virginam dominantium, cedentem popu F iiiij los in

Esaïa. 14.

RUPERTI ABBAT. TITIEN. DE VICT. VERBI DEL

Ios in indignatione plaga insanabili, subiectem in furore gentes, persequenter crudeliter. Ipse non sic arbitrabatur, & cor eius non ita aestimabat, scilicet quod eo sic agenti visitaret dominus in virga iniuriantibus filiorum, & in verberibus peccata eorum, sed in fortitudine, inquit, manus meæ feci, & in sapientia mea intellexi. Hoc tale erat, ac si glorietur securis contra eum, qui fecerat in ea, aut si exalteatur sera contra eum, à quo trahitur, vel si eleveretur virga contra levantem se, & exalteatur baculus, qui utrum lignum est. Nam quod gloriatum contra dominum fuerit, & cor eius exaltatum & eleutum nimis, illud latius indicat, quod in perlona eius diabolus arguit, qui utrum propter superbiam & exaltationem inordinatam de celo noscitur cecidisse, rex super omnes filios superbias. Sumus, ait dominus, parabolam istam contra regem Babylonis, & dices. Quomodo cessauit exactor, qui euit tributum? quomodo cecidisti de celo luce, qui mane oriebaris?

Nabuchodonosor typum diaboli gesuisse, & effectu quidem deo seruuisse, voluntate vero satellitem diaboli fuisse. C.A.P. VII.

Congruè nimirum sicut illum hominem tanquam diabolum. sic in diabolum, tanquam in hominem illum vehementer inuenitur fortitudo verbi dei, quia filius superbiae regi suo diabolo propria quadam similitudine valde similia gessit. Diabolus namque genus humanum in primis parentibus de coelis Hierusalem duxit captiuum, & Nabuchodonosor vnicum tunc temporis dei populum captiuauit ab illa terra Hierusalem, quæ illius supernæ ciuitatis magnam & notam gessit similitudinem. Nam in superna Hierusalem deus videtur, in ista terra Hierusalem solum erant templum, in quo deus adorabatur. Propterea sicut sola tunc illa ciuitas David diuinum cultus habuit religionem, ita commune cum superna ciuitate dei posset nomen, ut vocaretur Hierusalem, quod est interpretatum visio pacis, licet terrena illa ciuitas, non sicut nomen, ita rem quoque qua signatur nomine, habuerit, alioquin iam non esset similitudo, sed idem. Itaque sicut David rex huius terrae Hierusalem Christum praefigurauit, regem superna Hierusalem, sic Nabuchodonosor rex illius Babylonis diabolus signauit principem mundi, ac possessorem æternæ confusionei. Babylon illa & Hierusalem terrena imagine sive similitudinem nobis demonstrant in semetipsis duarum partium vniuersitatem rationalis, quarum una ciuitas dei viuentis, altera dicitur & est ciuitas diaboli. Altera ex hominibus bonis & angelis bonis, altera cōsta ex hominibus malis & angelis malis. Propterea cum audimus David, dicentes in spiritu. Super flumina Babylonis illuc sedimus & flueamus, veraciter illum de semetipso quoque hoc dicere sentimus, quia non quidem ad illius Babylonie captiuitatis tempora peruenit, sed longe præcessit, sed in illa erat captiuitate, sicut & omnes electi dei, cuius similitudinem in ea, quam futuram præuidebat illi populo spiritualiter intellexit. Igitur effectu quidem (ut supra dictum est) Nabuchodonosor extitit domini seruus, sed voluntate fateles diaboli præcipuis.

Quod dominus, quanum verberaret populum, promissionis sue non fuerit oblitus, sed prophetas suscitauerit, & virginem contriverit. C.A.P. VIII.

Sv. virga illa, inter verbera illa, positis filiis David, nonne custodiuit deus inuidet veritatis, quod promisit, quod iurauit in sancto loco. Misericordiam autem meam, inquietus, non dispagam ab eo. Plane custodiuit. Et quamvis differat illam misericordiam suam, scilicet Christianum suum, non permisit tamen eos desperare, vel suspicari, quod adeo fuisset iratus propter iniuriantes eorum & peccata, ut vellet prophanare testamentum suum, & que processerat de laibis suis, facere irrita. Venit ad captiuos, processit cum captiuis verbum bonum, & sermo fidelis, & præcones suos & prophetas suos, videntes, & victoris sua signiferos effecit, ita ut quemadmodum dixit ad Mosen. Ecce constitui te deum Pharaonis, sic etiam dicteret, & saceret quempiam ex illis deum esse regis Babylonis. Cecidit enim in infamiam suam Nabuchodonosor rex, & Daniel adoravit, & hostias & incensum præcepit afferri, ut sacrificaret ei. Hoc fecit verbum bonum, verbum dei, ostendendo semetipsum Danieli, & sociis eius, per miras & magnificas visiones, quibus piorum confirmata est fides, captiuvorum cōualuit spes, desiderantium charitas cōferrata est, secundum multitudinem dolorum in corde ipsorum consolations dominum letificauerit animas corū. Ante captiuitatem illam, raro inuenimus demonstratas prophetis visiones imaginarias futuri, & venturæ ad incarnationem, & de mudi principe diabolo triumphanti verbi dei. Sub ipsa verò captiuitate, non tantummodo legimus factū ad eos verbū domini, verum etiam vidisse eos imagines reuerendas, visiones consolatorias regis inuidi, videntes regnaturi, verbi dei, verbi incarnandi, filii dei, filii hominis. In Ezechiel sermoni difficultior, Daniel autem quanto planior, tanto ad legendū delectabilior, & ad intelligendū dulcior. Non præsentis est propositi, visiones illas perscrutari, sed hoc tantum considerare, quomodo vel qualiter ordine virgam illam, siue baculum illum cōfregere dominus, in quo visitauerat iniuriantes siue peccata filiorum, qua ratione cōceptis beatæ mulieris in verbo habentis, & clamatis, contriverit illud tertium caput

LIBER VI.

Fol. 35.

caput draconis, id est, regem sive regnum Babylonis, conceptum illum, id est, fidem seminis Abraham, fidem verbi incarnandi deuorare cupiens.

Quomodo & quo ordine verbum dei Nabuchodonosor percussit. & tandem dicerit. C.A.P. IX.

Primo notandum, quia tribus vicibus percussit regem ipsum Nabuchodonosor verbum Ter Nabu- del, & quia prima & secunda concussione non est submissus ab altitudine superbiae suæ, chodon- tertia vice sic percussit eum, ut de solio suo decussus, & mente alienatus forsan effectus ab ho- minibus, cum feris habaret, & cum feris pabuli haberet, & numeri ut vos comedetur, & rore cœli infunderetur, atque ita super eum septem tempora mutantur. Post haec regnum eius res Danie., genum Babylonum numerauit deus, & complevit. Appensum est in statera, & inuentum est minus habens. Divisum est, & datum est Mœdis & Persis. Interfectus namque est Balthasar rex Chaldeus, & Darius Mœdus successor in regnum. Cui haec ascribenda est, victoriarum pars, nisi deo dei verbo, quod in verbo habens mulier, scilicet vinaquæ & fidelis anima, ut erat Daniel, clama bat parturientes, & cruciabantur ut parerent. Verbum illud sacramentum illius verbi caput dra- conis contribuit, regem illum quasi bouem dementauit, regnum illud iusto iudicio deiecit, ma- nifestè hoc ipsæ voces scripturaræ testantur. Liber paulisper immorari, & singulas percussionses in caput superbiae triumphaliter declamare, in laudem & gloriam victoriosi verbi dei, cuius perlonam in ipsis rebus gestis vel significatis declaratur vocibus manifestis.

Multis rationibus somnium Nabuchodonosoris obseruabile fuisse. C.A.P. X.

Somnium vidit Nabuchodonosor, & conterritus est spiritus eius, & somnium eius fugit ab eo. In illo somnio ratio multiplex est, pertinens ad sapientiam verbi dei, promissiones ad ventus sui confirmare volēt, & consolari omnes, qui expectabant eundem adventum suum, maximè illos, qui tunc temporis tenebantur captiui sub eodem rege, qui somnium vidit. Pri- mum est, considerare sacramentum eiusdem somni. Deinde quod non ipse Daniel, vel alius quis sanctus propheta domini, qui dignus esset vocatione dei, sed homo sine deo Nabuchodonosor somnium vidit huiusmodi, homo in iustus & pessimum, sicut tres pueri missi ab eodem in camnum ignis ardantis, in oratione sua testantur. Et tradidisti nos (inquieti) domine deus in manibus inimicorum nostrorum iniquorum, & pessimum, prævaricatorumque, & regi iniicio & pessimo ylra omnem terram. Deinde & illud considerandum, quod non ante inuentus est Da- niel, qui somnium reuelaret, & interpretationem eius aperiret, donec egressa esset sententia, ut sapientes interficerentur, quia non poterant regi indicare somnium & coniecturam eius, nec ante reuelatum est ipsi Danieli, nisi prius ingressus ipse rogaret regem, ut tempus daret sibi ad indicandam solutionem. Tandem & illud in laudem domini, nostræ admirationi non debet absesse, quod per hanc occasionem captiuos suos sic honorauit, ut Nabuchodonosor suus ipso- rum captiuvator caderet in faciem suam, & adoraret Daniellum hominem mortalem, quamvis mirabilis deus prophetarum.

Quid somnium Nabuchodonosoris significarit. C.A.P. XI.

Sacramentum somni iam non tantummodo legendo didicimus, verum etiam video agno- Suimus. Nos enim sumus in diebus nati & renati, quibus deus eoz suscitauit regnum quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius populo alteri non tradetur, per quod communi- nui & consumi manifestum est regnum aureum, quod tunc erat Babylonis, regnum Mœdo- rum & Persarum, quod successor argenteum, regnum æreum, quod deinde fuit Macedonum, regnum Romanorum, quod quondam erat ferreum, iam autem ex magna parte copit esse lu- teum. Videimus se factum esse, & fieri, secundum quod ille vidit quia de monte absclusus est la- Romanorum psis sine manibus, & communis testam, & ferrum, & æs, & argentum, & aurum. Et lapis, qui imperium, percussit, & adhuc ultimum iudicio percussurus est regna haec, ita ut nullus locus inueniatur ei. fa-etus est mons magnus, & impletus vniuersitatem terram, quia palam factum est vniuersitas terre, quod verbum caro factum est, id est, homo factus de virginie, absque manibus complectentium, rex regum est, & dominus dominatuum. Sacramentum istud tunc per Daniellum, & socios eius reuelatum, magnam & opportunam consolationem præbuit humiliati captiuvorum, in lua captiuitate spem quam habeant de promissione dei suspirantium. Quantum enim puras, illos tunc habuisse moestitiam, & cordis laetitudinem, quia superfluo amputatum, cum viderent tardare regnum dei, & interea regna mundi, caputque regnorum, regnum Babylonis, quasi sub sole ma- tutino paratis residere in lolis, & subtili in turribus & in equis. Opportune ergo tale somnium, tantum continens mysterium, moerentium fatigacioni subuenient, ut ferunt iam tunc in patientia sua possidere animas suas, non aspiciendo prætentia, sed prospiciendo futura, statuimus malorum instantium consolando, per spem futurorum bonorum.

Quare Nabuchodonosor, & non aliud quispiam, hoc somnium viderit. C.A.P. XII.

Quod

RUPER. ABBATIS TUTTIEN. DE VICTORIA VERBI DEL.

Nabuchodo
nosor som
nium cur so
lus viderit.

Danie. 2.

Quid nō ipse Daniel, aut alius quis deo dignus, sed Nabuchodonosor tale tantumq; so
mnii vidit, homo iustus & pessimus, recte miraremur propter indignitatē eius, si non
ipsiō fuisset conteritus somnio, & somnium eius fugisset ab eo. Nunc autem, quoniam con-
teritus est spiritus eius, & somnium fugit ab eo, non miramur, scientes iustitiae ordinem, quia
sicut reuera nulla participatio luci ad tenebras, nulla est conuentio Christi ad Belial, sic nulla
est pars animae impia cum verbo dei, nulla communio stulto & iniquo cum consilio dei. Est
autem, & erat in illo tali somno verbum verum, & consilium dei profundum. Quomodo ergo
anima stulti & impiorum anima discissa, & nulla saltem diuinis religione composita, con-
tinere posset rem tanti sacramenti, quam viderat? Non quisquam illud obiciat, quod Pharaon
somnium vidit, & memoria retinuit, & dicat, que ventura erant, ostendit deus Pharaoni, quia
videlicet nec ille Pharaon tam impius erat, vt Nabuchodonosor. Nec somnium eius prefigurum
futurum famis vilo modo pertinuit ad somnum Nabuchodonosor, quod praefigurum fuit aeter-
ni regni dei. Igitur quodammodo vidit quidem somnum, sed mente (inquit) confusus, ignorando
quid viderim, non illum verbo sive consilio dei putemus admissum, in modo à visu, quo dignus nō
erat, sciamus eum iusta indignatione repulsum. Nam hoc ipsum quod dicit, & mente confusus,
ignoro quid viderim, & quod idem dictum est, somnium fugit ab eo, satis innuit, quod ta-
liter somniando, iram contra se prouocauerit, ut quomodo diceretur illi somnianti. Tu quo-
modo quiquā de huiusmodi somniare praefumplisti? Etenim veraciter praefumpluisti & fu-
pera cogitatio causa fuit eiusdem somniū, sicut & ipse testatur Daniel. Tu (inquiens) rex cogi-
tare coepisti in stratu tuo, quid esset futurum post haec? Quasi iam aliquid factum esset, in eo
quod ipse factus erat rex, & quasi regno suo maius vel melius aliquid fieri non posset, cogita-
bat, quid esset futurum post haec. Respondit cogitationibus eius deus, ita ut ille merebatur, sci-
licet ut ne quidem intelligeret, nec ferre posset, sed tamen quippiam circa se actum esse remi-
nisceretur attonitus atq; confusus.

Crudelitatem regis, benevolentiam & attentionem Danieli interpreti conciliaffe.

CAPVT XIII.

Quaritur
Daniel cum
focis.
Danie. 2.

Et ille quidem ad inueniendum & consequendum, quodlibet effugierat somnium, crudeli-
ter anidus, & aude crudelis extixit, dum in furore & ira magna praecepit, ut perirent o-
mnes sapientes Babylonis, quia somnium non poterant iudicare sibi. Deus autem & verbum
eius illa crudelitate eius, o nesciente, misericorditer vtebarat. In quo: in ea videlicet, ut reue-
latur tam grande mysterium, prius omnes attentos saceret. Mysteria namq; verbū dei, mar-
garite sunt. Arioli vero & magi & malefici, & Chaldaei simul cum rege suo cuncti Babylonij
porci erant, corā qualibet margarite eiusmodi mittenda non sunt. Sed Daniel, aut alius quis
de locis vel conceptiis eius, somnium illud vidisset, & interpretationem eius coram Babylonij
expouisset in consolationem captiuorum, quoru in futuro del regno pendebat spes, nonne
nimis vltro ante porcos margaritas proiecissent? Et nimis non solū illas conculcassem,
verum etiam conuersi in eos sperare audientes, crudeliter elissent. Bene igitur vīa est dei sapi-
entia curiositate nimia regis furiosi. Quia per instantem potentiam, per potenter eius instan-
tiam, & iram magnam, egesta sententia sapientes interficiuntur, dum interim queritur Da-
niel & socii eius, ut perirent, dum inter inducias ab eo postulatas, cuncti sapientes sub gladio pen-
dunt moriuntur, nisi saltu illi referendo somnium, communī periculo ferat præsidium. Per haec
(inquam) cuncti a maiore vsque ad minimum, cum rege ipso attenti sunt ad audiendum, pa-
rati ad fulciriendū desideratissimi & valde dociles ad intelligentiū, benevoli ad collaudan-
dum. Ita demum dignum duxit verbum dei, semetipsum in medium proferri. Quia profectū
tempus & cauta tanti sacramenti margaritam non sinerent conculari.

Nabuchodonosor regem verbum dei ex ore Danielis ferre non potuisse, quid caderet
in faciem.

CAP. XIV.

Danie. 3.

Quis tandem non miraretur, quod ille seūs ut leo, seu quasi leō rex Nabuchodonosor
audita veritate somnij cecidit in faciem suā, & Danielem adoravit? Nunquid hoc vera
deuotione compunctus fecit: nunquid deum verum in homine, seruo eius, diligendo honorauit,
aut honorando dilexit? repugnat verba quod sequitur. Quia fecit auream statuā mira-
magnitudinis, & nolēs illam adorare tres pueros, Sydrach, Myfach, & Abdenago, mitti iussit
in fornacem ignis ardentes. Et quis est (inquit) deus qui eripiat vos de manu mea? Ergo illud
potius sentiendū est, quia sicut vbi vidit somnū conteritus est spiritus eius, & mente est con-
fusus. Ita vbi audiuit, & audiendo sensit fortitudinem presentis verbi dei, ex ore hominis, ad quē
reuera factum fuerat verbum domini, cuius in corde veraciter habitabat, cuius ex ore mira-
biliter lonabat verbum domini, serre non potuit, sedere aut stare nō valuit, sed cecidit, & sic ado-
rauit, sic cōfessus est, quomodo dēmones ipso incarnato & presente cōtremuerūt, & cōfessi sunt.
Deus itaq; regis captiutoris sui captiūs Daniel effectus est. At ille seūs captiutor, stultus
adorator

LIBER VI.

FOL. 36.

adorator tandem expugnandus erat, donec sanctū comedere quasi bos. Nec enim parua fuit Dani. 2.
superbia dementis, vel dementis superbi, de qua, vbi sic conteritus est, & sic cecidit in faciem
suam adorans Danielem, ut diceret. Vt enim deus vester, deus deorum est, & dominus regum. Vbi
eundem Danielem in sublime exultis, sociosq; eius constituit super opera Babylonis, confessum
quid egerit, scriptura taliter annectit.

Nabuchodonosor adhuc tam superbū fuisse, vt statuam suam adorari inberet.

CAPVT X.

Nabuchodonosor rex fecit statuam auream, altitudine cubitorum sexaginta, & latitudi-
ne cubitorum sex, & statutū eam in campo Duram prouincie Babylonis. Itaq; Nabu-
chodonosor rex misit ad congregandos satrapas, magistratus, & iudices, duces, & tyrannos, &
prefectos, omnesq; principes regionum, ut conuenient ad dedicationem statuae, quam exere-
rat Nabuchodonosor rex. Ecce qualiter adiuuat impleri veritatem dei, veramq; interpretationem Dani. 2.
sommij sui malus seruos domini, ecce causam proper quam in somnio designatus fuerat, per
aureum caput statuae dicente interprete. Huius statuae caput ex auro optimo erat, & tu rex ea
put aureum es. Grande caput idolatriæ reuera factus est Nabuchodonosor, talem statuam fa-
ciendo, & multitudinem populorum ac principum ad dedicationem eius invitando, clamante
valente precone. Vobis dicitur populus, tribibus & linguis, in hora qua audieritis sonitu tu-
bæ, & fistulae, & cythare, sambuce, psalterij, & symphoniz, & vniuersi generis musicorum, ca-
dentes adorare statuam auream, quam constitutū Nabuchodonosor rex. Si quis autē non pro-
stratus adorauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentes. Nulla vñquam scriptura
meminit quenquam ante illum tantum habuisse fundandas idolatriæ studium, tam horribile,
ne dicamus pretiosum conflasse, vel vñdissimū simulachrum, tam crudele pro cultu idoli proposu-
se edictum. Reste ergo calix aureus Babylonij dicitur per prophetam inebrians omnem terrā, Apoca. 12.
recte nihilominus vniuersitas impiorum idolatriæ studientium scribitur, vel demonstratur.
Habens poculum aureum in manu sua, plenum abominationum & immunditia fornicationis
eius, & in fronte eius scriptum mysterium, Babylon magna mater fornicationum & abomina-
tionum terræ. Calicem sive poculum Babylonis, dulcem intellimus deceptionem eiusmodi
vel similem illi, quam tunc propinabat re illius nomine & rex Babylonis. Vbi ad allieandos
populos adhibuit sonitū tubæ, fistulae, & cythare, sambuce, psalterij, & symphoniz omnis ge-
neris musicorum, ut festiva sonorum suauitate inebriari omnes populi & tribus & lingue, ca-
derent adorando statuam auram hominis corruptibilis, quod vere cadere est.

Quare scriptura, calicem aureum Babylonice meretrici tribuerit. CAP. XVI.

Caufam puto idoneam apparet, cur vel ipse Nabuchodonosor caput aureum dixit sit. Aureum ca-
vel in manu Babylonis esse aureus calix, quia videlicet capitem infantiam idolatriæ put Nabu-
chodonosor subleuauit ille faciendo statuam auream tam magnam, tamq; operosam, tantis impensis stu-
dissimile labore, vñsq; ad statum perducendo, cuius fulvo aspectu cum musica (vt iam dixi est)
ducedine, sic inebriari vel dementari poterant animæ mortalium cupidæ, sicut quis inebria-
tur pleno calice. Iam nū illud dicere res ipsa admonet, cur regnum Mædorum atq; Persarū
illi regno succedit per argenti in pectori, & brachis statu, quem Nabuchodonosor somnia-
vit, cur regnum Græcorum per as ventris & formorum, cur regnum Romanorum per tibias
ferreas, & pedes partim ferreas, partim fistulas signatum sit, vel significari debuerit. Iam quidē
ante nos dixi, vel vñstatum est regnum Mædorum atq; Persarū, idcirco per argenti signati-
tē, quia tanto vīlo extitit regno Babylonico, quanto auro vīlio estimatur argentum, quod
ex his toris cōprobare haud difficile est. Regnum autem Græcorum per aeris metallum id.
circō signatum esse aiunt, quia es & durū & valde sonorum est, & Graci fortes, & maximē fue-
runt eloquēs. Veruntamen licet sensus iste verus & bonus sit, nostri ratio propositi causas aq;
huc alias suggerit, quia videlicet delectabile est, proprias pro posse reddere, vel inuenire cau-
sus, quibus regna illa lapidem illum contra se prouocauerint, qui absens de monte sine ma-
nibus, statuā percussit, & contrivit atq; comminuit. Verbum namq; dei, cuius victoriā ce-
lebrare prætentis est intentio opificii, & lapis erat tunc antequā caro fieret, & nunc est post
quam caro factum est, & per ipsum & cum ipso & in ipso singula regna suis temporibus per-
euissa atq; contrita sunt, & in nouissimo ita comminuenda sunt, ut quasi in fauillam redigatur,
& quasi fauilla, quæ vento arrepta est, nullus locus eorum inueniatur.

Quas ob causas regnum Babylonicum per aurum, & regnum Persarum atque Mædo-
rum signatum sit per argentum. CAP. XVII.

Libet igitur intueri, quia licet regnum Babylonicum situe Nabuchodonosor rex, auro suo
miramur dicentem. Et species quarti similis filio dei, ita & regni Mædorum superbia videlicet Hester,
superbis,

superbissimus Aman, argento suo lapidem eundem contra se concitauit. Dicit enim regi Aſſuero. Si tibi placet, decerne, vt pereat gens Iudeorum, & decem milia talentorum appendam arcarijs gazæ tuae. Dixitque rex ad eum, Argentum quod polliceris tuum sit, de populo age quod tibi placet. Nimirum non parue considerationis est aut esse debet, argentum quod appenſum siue oblatum sicut ob Iudaic gentis vniuersal exterminium, contra propoſitum dei, contra verbum promissionis, quod nō effe vnde impleretur, si diaboli voluntatem, qui infantebat in Aman, consecutus fuſſet effectus. Sicut quod dixit Daniel ad Nabuchodonosor. Tu es ergo caput aureum, & post haec conſurget regnum illud minus te, libenter sic accipimus, ut subintelligamus ad nequitiae, vel malitiae opus. Quia videlicet regnum illud contra verbum promissionis minus egit, quam regnum Babylonis. Quod & si tanto preceſſit regnum illud super regnum Persarum & Mædorum, quanto aurum super argento. Nunquid idipſum regnum Persarum & Mædorum tanto copiosius sicut regno Graecorum & regno Romanorum, quanto greci & ferro pretiosius est argenteum? Itaque propter quam cauſam Nabuchodonosor siue regnum eius per aurum, propter eandem regnum Mædorum & Persarum recte intelligitur per argenteum. Quia videlicet hic auro, illic argento armatus nitebatur diabolus praepare, ne ad impleretur promissionis verbum.

Equam ob cauſam regnum Graecorum per as significatum fuerit. C.A.P. XVIII.

Mac. 7.

Andem ob cauſam, per greci metallum in eadem statua, recte accipimus signatum esse regnum Graecorum. Quid enim regnum illud egit? quid fecit illic draco diabolus, & diaboli satelles Antiochus, Cartaginibus suis & ollis æneis crudeliter vius est. Septem namque fratribus cum matre apprehensis fūſſit Cartagines & ollas æneas succendi, & singulæ eorum cuncte capitæ cum capillis abstracta, manuum ac pedum summitatibus præciliis, adhuc sperantes in Cartagine torre. Taliter impius ære suo contra deum vius est, agente per eum diabolo, ut verbum promissionis, & testamentum dei de cordibus eorum aboleret, quibus dara, vel ad quorū patres promissio facta est. Scriperat enim Antiochus omni regno suo agitante diabolo, ut effet omnis populus ynuſ. Erant autem Iudei, iudei & omnis Syria sub regno eius. Quid igitur per hoc spiritu diaboli intendebat, nisi vt tranſcibis Iudeis in idem cum carteris, qui sub regno eius erant populi, periret promissio, cum promissionis iam nusquam effe expectatio. Quod quia facere noluerunt quidam perpauca, inter carteria mala qua illis intulit, hoc sumnum fuit, quod septem fratribus cum dictis & matri illorum Cartagines & ollas æneas succensus crudeliter admouit. Num parua haec est cauſa, ut regnum illud per ventrem æneum & æneam statua formora intelligi debeat. Præterea in formoribus æneis cum crudelitate intelligi turpitudinem, quia videlicet dum illa agerentur, templum luxuria & commelationibus erat plenum, & scortantium cum meretricibus, sacratissimæ aedibus mulieres vitro se ingerebant, introferentes ea que non licebant.

Quare regnum Romanorum per tibias ferreas, pedes partim ferreos, partim fictiles significatum fuerit. C.A.P. XIX.

Daniel. 21.

De regno Romanorum, cur per tibias ferreas, & pedes partim ferreos, partim fictiles significatum fuerit, causa manifesta redditur, dicendo. Quomodo ferrum communuit, & edocet omnia, sic regnum quartum communuerit & conteret omnia. Veruntamen quod pedum quædam pars ferrea, quædam fictilia visa est, quæſione adhuc indiger ut planius fiat quamvis interpres idem ferre exponat, dicendo sic ibidem. Porro, quia vidisti pedum & digitorum partem testream, & partem ferream, regnum diviseretur, quod de plantario ferri orietur. Secundum quod vidisti ferrum mixtum testæ ex luto, & digitos pedum ex parte ferreos, & ex parte fictiles, ex parte regnum erit solidum, & ex parte contritum, quod autem vidisti ferrum mixtum testæ ex luto, commiscebuntur quidem humano semine, sed non adhærebunt sibi, sicut ferrum non potest misceri testæ. Certum tempus, quo haec eueniſſe cognoscantur, nullo modo aliter melius inuenire possumus, quam sequendo literam prophetam, qua continuo subiungitur. In diebus autem regnum illorum suscitauit deus cœli regnum, quod in regnum non dissipabitur, & regnum eius populo alteri non tradetur. Tempus ergo quo regnum aeternum suscitauit deus, secundum quod de monte absclis est lapis sine manibus, & communuit testæ, & ferrum, & æs, & argenteum, & aurum, tempus (inquam) quo sine opere coniugali de virginē conceperunt & natus est deus & homo Iesus Christus. Relpiciamus, qualiter tunc le habuerit regnum Romanum, quod sine dubio significatum est per ferrum, nam quod dicit. In diebus autem regnum illorum, idem est ac si dicat, cum regna haec sibi ordine successerint, suscitabit deus cœli regnum, quod in aeternum non dissipabitur.

Quid mixtura ferri & testæ significat. C.A.P. XX.

Gitur in pedibus statuæ per insociabilia signa rerum ferri & testæ, licet arbitrari, significatum fuisse id quod acciderat Romanis, quando Christus natus est de virginē. Quid enim acciderat? Hoc

rat? Hoc nimirum, quod per maximas ciuiles discordias Romana potentia in regnum & monachiam deuenerat. Quis illas non audiuit discordias? quis ignorat illa ciuilia bella? Defigatus est mundus, & adhuc defatigatur, scholasticis lectionibus, historiographis denarrantibus, pueris quoq; retractibus, Romanorū ferè omnium, maximeq; Pompeij & C. Cæſaris discordias immittes, discordias impacabiles. Itemq; Antonij & Octavianī Augusti pugnas ciuiles, per quas & inter quas idem Octavianus Augustus Romanorum monacha effectus est, in cuius diebus lapis in monte sine manibus absclis est, quo regnante Christus de virginē natus est, cuius & successoris eius Tyberij Cæſaris temporibus aeternum regnum dei, per passionem & resurrectionem eiusdem Iesu Christi suscitatum est. Per ferrum (inquam) & per testam in pedibus statuæ, discordias illas, & bellū ciuile liberum accipimus signata fuſſe, & hoc esse quod scriptum est. Quia vidisti pedum & digitorum partem testream, & partem ferream, regnum diui Danie. 2. sum erit, quod tamen de plantario ferri orietur, id est, ex nimia fortitudine, sub oriente inuidia fieri, ut regnum diluidatur. Et hoc ipsum repetitur, dicendo. Quia autem vidisti ferrum mixtum testa ex luto, commiscebuntur quidem humano semine, sed non adhærebunt sibi, sicut ferrum non potest misceri testæ. Cum magna admiratione hoc accipendum est, quia non solummodo concives, verum etiam confanguinei fuerint, ita ut Pompeius C. Cæſaris gener, & Octavianus Antonius soror existet, & tamen non magis portuerunt per concordiam cohære sibi, quam potest ferrum testæ misceri. Et tamdiu dissenserit, donec pars infirmior victa decellet. Ibi pars partem viuis eiudemq; Romanæ virtutis ita velociter & fortiter superauit, ut pars quæ victa est luteæ testæ, pars autem quæ vicit ferro possit comparari. Vna acies patitur bellum, gerit altera, ait author insigni describen illa ciuilia bella. Item, ad illum qui superior erat, id est, ad C. Cæſarem iam dictum referit, Bellantem geminis tenuit te Gallia lustris. Pars quora terrarum facilis si prælia pauca Gessier eventu, ubi Roma subegrit orbem, & ita factū est. Summa horum que dicta sunt, ista est. Per discrepaniam testæ & ferri, quarti, id est, Romani regni ciuiles discordias recte posse intelligi. Nunc ad ordinem redemus.

Quare exclamauerit Nabuchodonosor, Ecce ego video quatuor viros solutos, & species quarti similiſ filio dei. C.A.P. XXI.

Capitulo magne admirationis in aureo capite, quod erat Nabuchodonosor, contra statuam auream, quam exererat Nabuchodonosor, ifstud est, quod exclamat. Nonne (inquit) tres viros mislimus in medium ignis compeditos? Et respondentibus optimatibus suis atq; discibentibus. Verè rex. Ecce ego video (inquit) viros quatuor solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil in eis corruptionis est, & species quarti similiſ est filio dei. Hoc magna inflammationis dictum, totus orbis audiuit de ore hominum regis gentilis & impii. Et quis dignè sufficit admirari, vbinam viderat ille filium dei, ut similitudinem eius recognoscere posset in medio ignis? Dicit enim. Et species quarti similiſ est filio dei, qui qualibet speciem aliquando vilam, aliſcibi considerat, & mente retentam, memoria signatam, alio tempore, siue loco alio, in persona qualibet recognoscunt. Iste (inquit) similiſ est illi, quem vidi. Iſtud est simile illi, quod ibi vel ibi considera. Quā similiſ est iuvenis iste confobrini meo? ait quidam, in iuuenis iuniorum Tobiam. Viderat enim patrem, & in filio similem, ut accidere aſſoleat, animaduerteret species. Iste autem, vbi viderat filium dei, ut speciem eius, recognoscere posset in illo, qui descenderat cum Azaria & socijs eius in fornacem, vel in medium ignis? Nunquid viderat filium dei, sed nec vnuq; legendò vel audiendo dicerat, quis, vel qualis esset filius dei. Nonne ergo mente nōsua locutus est? Nonne in magno excessu taliter effatus est? Verè in magno excellit, in magno stupore. Non leuis stupor extitit, quæ quasi leviter scriptura enunciavit, dicendo, vbi supra. Tunc rex Nabuchodonosor obſtupuit, & surrexit propere.

Quare appellatio filij dei, ab inimico & persecutore primū usurpari debuerit.

C.A.P.VT. XXII.

Speciosa victoriæ pars, & insigne præconium verbi dei, filij dei, quod illum manifesta confessio prius confessus est inimicus, quā amicus, persecutor quā executor, & iniustus quā iustus, Gentilis quā Iudeus. Quis enim saltē ex omnibus prophetis tam aperte non men istud expreſſit, filium Dei? Habemus paſſim in scripturis prophetis verbum dei, & hoc Iohann. 1. verbum dei filius est, sed mundus eum non cognovit, ita nec apud Iudeos, quibus creditū est verbum dei, tutum est prædicare hoc nomen, quod est filius dei. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit, nec solum eum non cognovit, verum etiam annunciatione de eo, nec saltē Iudeus ferre poruit, vnde & oportebat prophetas claudere, ligare, & signare testimonia eius in scripturis. Quia (sicut iam dictum est) non possent portare saltē cultores dei, nec patarentur audire vilam esse dei generationem, vilum esse filium dei. Per hunc summum ex principibus suis, quem Iudeus aut Gentilis arguere non posset, cuius opprimere os non auderet mundus, hoc nomen primitus audiuit filium dei. At ipse tantus

G. prædictor

RUPERTI ABBAT. TVITIEN. DE VICT. VERBI DEI,

Danie.2. prædicator sortè etiā tunc dormiuit & somniauit, quando nomen istud prædicauit. Non enim putemus, cum nunc tantummodo dormisse, quando illam, de qua iam supra dicta est, magna statuam somniauit, somniumq[ue] perdidit, ignorans quid viderit. Imo tota vita eius somnus fuit, quicquid boni deo pronunciauit, quicquid benedixit & laudavit, somnium fuit. Quia sicut illud de statua somnium perdidit, ita quicquid laudis deo declamauit, totum de corde eius ve lociter evanuit. Deniq[ue] qui post interpretationem somni vel status, quam viderat, Danielem adorauit. Verē (inquietus) deus vester, deus deorum est, & dominus regum. Ipse postmodū statuam dedicas auream, seruos eiusdem dei misit in fornacem ignis. Et quis est (inquit) deus, qui eripiat vos de manu mea? Item, qui dixit. Benedictus deus eorum, Sydrach videlicet, Misach, & Abdenago &c. Ipse postmodū cōtra dei decretum, quod viderat vel audierat, superbē respondens. Nōnne (inquit) hac est Babylon magna, quam ego adificauī in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei. statim propter superbiam qualis bos effici meruit.

Confessionem & laudem Nabuchodonosoris, propter superbiam, & tumidam vanitatem reprobamus fuisse.

C A P. XXXIII.

Danie.3. I Am nunc, ut constet magis ac magis, merito de declamationes illas probari, perpende, quia non fuit speciosa laus in ore illius peccatoris, tota namq[ue] respsa est fermento tumidae vanitatis. Quomodo enim laudauit, cum scripsit. Nabuchodonosor rex omnibus populis, gentibus, & linguis, que habitant in vniuersitate terra, pax (inquit) vobis multiplicetur, signa & mirabilia fecit apud me deus excelsus. Placuit ergo mihi prædicare signa eius? Quantus in oculis suis habet, dum dicit. Signa apud me fecit deus excelsus? Et deinde: Placuit ergo mihi. Quid enim est, apud me fecit, & quia placuit mihi, nisi ob gratiam mei fecit, & felicitate contingit illi deo, quia placuit mihi? Verē sic ut nō dignatur deus excelsus laudem, nisi ex humili spiritu, ita iustum & dignum se fuit, ut reprobaret excellentiam sublimium oculorum illius, quia laudando laudabilis in ipsa laude mentiebatur. Non enim apud eum signa fecerat deus excelsus, quia non erat amicus, sed fecerat contra eum, quoniam erat inimicus dei excelsi, & seruorum eius. Et quis vniquam iutori regum siue patriarcharum, qui magnalia dei viderunt, referens dixit, aut dicere debuit. Signa apud me fecit deus? Nos quoq[ue] de sanctis illis loquentes, nō dicimus, aut dicere debemus, apud illum vel illos, sed per illum & per illos, siue coram illis deus mirabilis fecit, utpote in terra Aegypti. Sicut igitur de regis omnium filiorum superbiam deus excelsus dicit. Non parcam ei verbis potenteribus, & ad deprecandum compofitis, ita de isto superbis filio restē dicas, quia non pepercit, aut parcere debuit illi deus, id est, pro laude clamora & magnificientia sublimi.

Quod sicut tribus pueris in camino adfuit filius dei, ita omnibus adfuiturus, sit qui se confiteantur

C A P. XXXIII.

Danie.4. I Llud quoq[ue] non prætereundum, quod etiam si non dixisset ille fupus. Et species quarti simili est filio dei, nos qui nunc sumus, & in rebus temporaliter gestis, eterni regni mysteria contemplari studemus, scientes & vero sensu dicere possemus, & nunc dicimus, quia species quarti simili est filio dei, id est, qui quartus apparuit in camino ignis, & seruorum dei excelsi mirabiliter custoditum, signum fuit, & semetipso signauit, quod facturus erat, tamq[ue] facere ceperat filius dei, verbum dei. Quando enim deuit agonizantibus seruis suis propter verbum dei? Hoc maxime futurum erat temporibus euangelij sui, ut publicis edictis & proscriptionibus, si dem sanctæ trinitatis impugnaret rex magna Babylonis diabolus. Et ita factum est paganis Romanis imperi regibus diabolo famulatibus. Nōnne cum pijs martyribus filii dei, & in flaminis, & in cæteris agoribus semper præfuit? Verbi gratia, Vbi martyr insignis Laurentius ignibus suppositus est pro side filii dei, nūquid qui allatus fuit, & super craticula & super ignem spiritu emisit, id est, eo dicas, quia fuit absens, & ab ignibus eius longe abstinet filius dei? Imo præterior illi fuit & gloriosius in eo triumphauit, quām si excusisset carbones, & ignam craticulam eius quasi ventum roris flantem fecisset. Transiit per ignem, & flamma illi non nocuit, & odor ignis in eo nō fuit, quia fides Iesa nō est, imo sicut aurum per ignem probata est. Sic animaduertimus in illa fornaci Babylonica, speciem quarti similem filio dei, quia sicut per speciem, que illuc apparuit, custoditi fuerunt illi tres pueri, sic per insensibilem præsentiam filii dei illæ permanent in sanctis martyribus fides & eterna trinitatis, & Romanum imperium sonoriis atq[ue] dulcius, quām ille rex Babylonis, tandem confiteri meruit Christum filium dei.

Quare deus, non ut tres pueros, ita & templum defendenter, ne conflagraret.

C A P V T . XXV.

Templo à deo neglegatum. N On poterat hic deus excelsus templum suum, quod erat Hierosolymis, illūsum custodiare a flammis incendi Babyloni, qui tres pueros taliter custoditum in camino ignis, ut nihil porestatis haberet in corporibus eorum, & capilli capitilis eorum non essent adusti, & faraballa eorum

L I B E R VI.

Fol. 38.

corum non essent immutata, & odor ignis nō transiret per eos. Planè poterat, sed erudiendus erat mundus, ut sciret, quod deus excelsus non pulchris lapidibus, aureis ve parieribus templi manufacti delectatur, sed fidei claritate & mundis cordibus, & ille est ei opribilis locus. Nam quia & tabernaculum Moles cum autoritate dei, & templum Salomon tanto opere, auro & geminis extruxit, atq[ue] perornauit, exsistimare poterant homines cupidi, deo male sentientes, quod esset eorum similis, & dereligione iustitiae nihil curantes, putarent se sati honorare deum muneribus aureis, suamq[ue] cupiditatem corroboraret, quasi exemplo dei. Hanc suspicio, nē digna se remouere curauit opere, perficiendo illud, quod ad Salomonem dixit, cum ille perficeret edificiū domus domini. Si aut̄, inquit, auerſione auerſi fueritis vos & filii vestri, nō se , Reg. 19. quentes me, nec custodientes mandata mea, aueraſ Israel de superficie terræ, quam dedi eis, & templū, quod sanctificauit nomini meo, projiciam a cōspectu meo. Salomon, inquit Stephanus Acto. 7. promortary, & discidit illi domū, sed excelsus nō in manufactis habitat, sicut per prophetā dicit. Cœlum mīhi sedes est, terra aut̄ scabellū pedum meorum. Quam domū adificabitis mīhi, Esaia. 66. dicit dominus, aut̄ quis locus requietionis meæ? Nōnne manus mea fecit hæc omnia? Digne igitur se fecit, quod templum vel aūrum templi manufacti, pro tempore & re multū neglexit, no men aut̄ suum, & promissionis verbum, in quo vita est, glorificare & dilatare nunquam desit.

Toties vicitum Nabuchodonosor, nūquam tamen fuisse ex animo humiliatum.

C A P V T . XXVI.

I Am semel & secundū commonitus fuerat Nabuchodonosor rex, ut ab altitudine sua deterreretur, ac de semetipso mortalis homo humili feneretur. & prior quidem admonitus terribilis, lequens autem terribilior atq[ue] superior extitit. Nam in prima tantummodo territus fuit, in secunda vero damnū quoq[ue] de luce accepti, quia viros illos fortissimos de exercitu suo, qui ad eius imperiū seruos dei excelsi miserant in fornacem, interfecit flamma ignis. Iusta ergo super ipsum post haec peruenit sententia præente visione, cuius interpretatione lententiam ipsam prænunciabat, nihilominus peruerante cordis eius indomabilis superbiam. Nam ut sciamus, quanta in corde eius arrogantia, quanta in oculis fuerit excellētia, signanter ita dictū est. Post finem mensurū duodecim, subauditur, ex quo de arbore succidenda somnū viderat, & interpretationem eius audierat, in aula Babylonis deambulabar, responditq[ue] rex, & ait. Nōnne hęc Dani. 4. est Babylon magna, quam ego adificauī in domū regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Cui, vel contra quid respondisse dicitur, nisi contra id quod audierat. Hæc est interpretatione altissimi, quia peruenit super dominum meum regem. Exscent te ab hominibus, & cum seris erit habitatio tua, & scenū vt vos be comedes? Claret itaq[ue] maxima in loco illo culpa (superbie), quia considerando magnitudinem Babylonie, roburq[ue] fortitudinis sue, & ampliitudinem (vt putabat) glorie, impossibile iudicauerat, quod audierat ex diuina autoritate, facilisq[ue] post infectum præterire verbum domini, secundum interpretationem somni, quām venire aliquid super te aduerseri, tantum regem magna Babylonis. Igitur vbi statim subiungitur, Cum adhuc sermo esset in ore regis, vos de celo ruit, Tibi dicitur rex Nabuchodonosor, Re Ibidem. gnum tuum transiit a te, &c. manifeste prædicatur sicut iusta omnipotētia, ita & omnipotētis iustitia, quia sanctus & iustus neminem penitentia humiliat, nisi illū, qui se pertinaciter exaltat.

Nabuchodonosor tanquam bouem fænum comedisse. C A P. XXVII.

T Andem notandum, quod idem Nabuchodonosor, sicut in culpa, ita & in poena similis factus est captiuatori generis humani diabolo. Nam de illo dixerat dominus ad beatū lob. 40. Ecce Behemoth, quem feci tecum, scenū quasi vos comedet. Cum ergo ex hominibus abiēsus Nabuchodonosor, scenū vt vos comedet, manifeste datur intelligi, quod in poena sua similis diabolo extitit. quia quod fecit ille spiritualiter, hoc fecit ite corporaliter. quod ille indeſinenter, hoc ite septentio, quo videlicet numero vniuersitas significari solet. Illi namq[ue] scenū comedet, id est, carnales sibi incorporat homines. De qualibus scriptum est, Omnis caro scenū est, & omnis gloria eius quasi flos agri. Vere scenū est populus, exiccatum est scenū & cēdit flos. Solum eiusmodi scenū comedet quasi vos, quia præter viriditatem carnis nihil est in eis, quibus prævaluuit ille Behemoth. Et quid amplius est in his, qui dentes illius offendunt, nisi illud quod sequitur? Verbum aut̄ domini manet in eternum. Igitur quām iustum, tam pulchru Ibidem. est iudicium in eo, quod ille dudum rex præpotens, quasi vos comedet scenū, tanquā diceret et vox, quae de celo ruit super eum, Tibi dicitur Nabuchodonosor rex, tu verbum domini, quod manet in æternum, exterminare voluisti, succendendo Hierusalem, & templū domini, quod solet erat in quo inuocabatur nomen domini, sed neq[ue] tu, neq[ue] Behemoth pater tuus, vel quicunq[ue] sunt ex parte eius efficere poteritis, ut in vacuū prætereat verbum promissionis, quantumcunq[ue] affligatis, aut̄ deuoretis scenū, vel florem scenū, id est, carnales homines, vel carnalium hominum gloria, quorū aliqui idcirco permittuntur vobis, cum sint ex Abraham traducti, quia sunt quidem filii carnis, sed non filii promissionis, vnde nec merentur in semine computari.

G ij Quo

Quo sensu verum fuerit, quod Nabuchodonosor dixit. Nonne haec est Babylon, quam edificauit.

CAP. XXVIII.

Pvtas ne verum dixit gloriantur, Nonne haec est Babylon quam ego edificauit? Babylonē namq; (vt Pompeius Trogus referit) Semiramis condidit, murumq; vrbico latere circāndedit, arena, pice, & bitumine interstrataq; materia. Nunquid ergo verum dixit, tanto iūnior Semiramis vixore Nini, in quo regnum Assyriorum ceperit? Veruntamen facia p̄p̄ollet autoritas, quōd ante Semiramidem Babylon extitit, & caula quoq; nominis eius antiquissima, sacris est edita literis. Chus, inquit, silius Cham, genuit Nemroth, ipse ceperit esse potens in terra. Fuit autem principium regni eius Babylon, de terra illa egressus est Assur & edificauit Niniviam. Caula nominis, quod est Babylon, extitit illa, quod ibi deus lingua confudit eorum qui edificabant, & cessaerunt edificare ciuitatem. Nam idecirco vocatum est, inquit, nomen eius Babel, quia ibi confusum est labium vniuersae terræ. Ergo vir glorioſus, de qua lium qualibet illud sapientia dictum est. Nubes & ventus & pluiae non sequentes, vir glorioſus & promissa non coplens, vir inquam glorioſus, id est, vanus, vento vanitatis plenus atque diffidentia, quia fortassis Babylonem proprii opibus atque impensis auxerat, rem suam siue opus suum non parvus astimans, aut astimans volens, magno ore declamauit, reponsum cordis alti & erecte certus. Nonne haec est Babylon, quam ego edificauit? non diceret, quam ego prouexi sive ampliavi. & quid rūm o vir glorioſus, si in Babylonem à fundatione edificasset? nunquid vel sic verbū quod audieras, scilicet interpretationem somni, facere irrita potuisse? Iustitia igitur, quia tam iustus quam omnipotens fermo dei est, super te sententia vox ruit, etiam si aliquo modo consilium sancti prophetæ fecutus fueras, dicens. Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum, forsitan ignoscet delictis tuis.

Nabuchodonosor non mentem tantum, verum & formam amississe, cum fœnum ut bos comedere.

CAP. XXIX.

Tandem de isto dicendum, quia solet queri, vtrum mentem solam & non etiam formam amiserit. Et quidem ipso dicente. Ego Nabuchodonosor oculos meos ad colum laeui, & sensus meus redditus est mihi. Sic maiores nostri afferunt, quia quando dicit, sensus sibi reditum, ostendit non formam se amississe, sed mentem. Sed adhuc illud occurrit & repugnare videtur, quod idem postmodum repetens dicit. In ipso tempore sensus meus reuersus est ad me, & ad honorem regni mei decorumque perueni, & figura mea reuersa est ad me, & optimates mei & magistratus mei requisiuerunt me. Et inter cetera cum dicit ibidem. Et figura mea reuersa est ad me, profecto datu intelligi, quod de figura huius status humani rectitudini non nihil amiserit, & quod etiam si manuum vel pedum effigies digitorumq; discretio siue discreta numerolitas permanit, nihilominus tamen quadrupes incellerit, præterea cum ita dictum vel expressum sit, scenū quasi bos comedes. Et scenū ut bos comedit, qui videlicet bos quadrupes nullus virtut manibus, quippe cui manus natura non creavit, sed pronus humi scenū dente demedit, & os per terram trahendo comedit. Sed & illud quod dictum est in sententia. Cum bestiis atq; feris erit habitatio tua, figuram eius demutaram sis (vt iam dictum est) nonnulla ex parte probat, præterim quia dixit. Et figura mea reuersa est ad me. Et quia bestie huius ferarum non facile sociarent illi sine aliqua sua similitudine. Veruntamen quomodo cum figura eius se habuerit. Hoc in laudem omnipotentis verbi dei admirandum est, quia regem tam potenter tanta mutatione demutauit, quanta quempiam hominū sis demutari, sacra nusquam scriptura meminit, excepta vxore Loth, quae respiciens post se, versa est in statuam salis.

SEXTI LIBRI FINIS.

RUPERTI ABBATIS TVTIENSIS DE

VICTORIA VERBI DEI,
LIBER SEPTIMVS.

Balhafar regem iam tum, cum manus hominis in pariete scribens appareret, à verbo dei victum fuisse.

CAP. I.

Balhafar
coniuiri
celebrat.

Dicit effectum verbi dei victoriosum, quo hominem regem, hominem superbum, regem elatum sortiter detecit, potenter humiliavit. ipsum quoq; regnum debellare superuenit, præmissio suum vel præsentia sua admirabilis signo, rege Balhafar celebre coniuvit, iamq; temulento cum optimatibus suis, cum vxori bus & concubinis suis, dum in lacris valis templi domini biberet vinum, & laudarent deos suos argenteos, & aureos, & æreos, ferreos, ligneosq; & lapideos, in eadem hora apparuerunt

apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis contra candelabrum, in superficie parietis aula regia, & rex alpiciebat articulos manus scribentis. Tunc regis facies comurata est, & co-
gitationes eius perturbabant eum, & compages renum eius soluebantur, & genua eius ad se inuicem collidebantur. Scriptura illa signum huius verbi dei, iamiam confurgentis, iamiam ir-
uentis ad debellandam superbiam regni tyrannici, regni Assyriorum atq; Chaldaeorum, quod à temporibus Nini & cōiugis eius Semiramidis per annos ferme mille trecentos iugo alpero prefererat colla popolorum. Rex ille fortissimi imperii paruula verbi eiusdem signa, pauculos apices iudicij eius, veros iudices, cum nondum intelligere aut quisquā legere posset, serre non potuit, videre non sustinuit, sed facie commutata, mente perturbata, libidinoli renes eius in-
ter vxores sedentis soluebantur, genua libidinoli inter concubinas bibentis ad inuicem colli-
debantur. & ita palam factum est, quād esset infirmus, qui videbatur fortis & imperiosus.

Daniel non perturbatum, sed confidenter aspexisse, legisse, & interpretatum
fuisse.

CAP. II.

A T ille, ad quem, & propter quē, vel propter cuius similes veniebat & decerbarat deus, dei verbum, non expalluit, nō perturbatus est, sed aduocatus ad legendum, postulatus Danie., ad interpretandum, affitif familiariter, fidenter intuitus est, legit scienter, sapienter interpre-
tatu est, Mane, Tercel, Phares. Mane, numeravit deus regnum tuum & complevit illud. Tercel, ap-
pensum est in statera, & inuentum est minus habens. Phares, diuīsum est regnum tuum, & da-
tum est Medis & Persis. Quād breues vocule, quantam longitudinem, quātam latitudinem,
quantam altitudinem demonstrauerunt animæ hominis habentis dilectionem verbi dei, cu-
ius arcum consilium sublimè atq; profundum continebatur tribus vocibus illis, sex syllabis,
quatuordecim literis illis. Per hoc quod scriptum fuerat, mane, quod interpretatur numerus,
vidit in latitudine cordis angustam diuturnitatem regni Assyrii sive Babylonij, quia non calu-
accidisse, sed iusto iudicio dei, vt gentes tam multas iugo suo premer posset annis (vt iam di-
cūm est) mille trecentis. Legamus diligenter scripturam hanc, & sequamur interpretationem
diuinam, quia contra candelabrum scripta est. Hoc ipsum quod contra candelabrum scripta
esse narrat, suggesterat nobis, vt candelabro appropinquemus, quatenus clarè intueamur. Can-
delabrum nostrum Christus. Lumen nostrum verbum dei est. Lucerna (inquit Psalmista) pedi-
bus meis verbum tuum, & luce me. Ut igitur brevis scriptura breuem interpretationem co-
piosius consequamur, verbi dei, quod in sanctis scripturis habemus, documenta sequamur.

Quid sibi velit primum verbum, Mane, id est, numeravit. CAP. III.

Mane, inquit, numeravit deus regnum tuum, & complevit illud. Quando vel quomo-
do numeravit deus, quando vel quomodo complevit deus regnum illud? Nimirum an-
tequam conderetur Ninius, priusquam edificaretur Babylon, antequam nasceretur Ninius,
priusquam fieret Assur sive Nemroth filius Chus, cuius regni principium fuit Babylon, nume-
ravit deus regnum illud. Sicut omnia in numero & pondere & mensura posuit, sic & illud re-
gnum numeravit. Quomodo ergo numeravit? Profecto scitius causas gentium, propter quas per-
mitterat super eas eleuari baculum impiorum, virgam sive iugum dominantium, scilicet re-
gnum iam dictum, vt cederet populus in indignatione, subiaceret in furore, gentes persequer-
tur crudeliter. Causas inquam scitius, & secundum causarum quātitatem numeravit atq; men-
sus est tempora sive annos eiusdem regni, vt tantum vel tam diu persequeretur, subiaceret, atq;
cederet. Venerat baculum ille sive virga illa impiorum dominantium usq; ad filios, quorum
iniquitates & peccata visitari oportebat. Quia dereliquerat legem domini, quia non ambu-
lauerant in iudicj domini. Iam ergo tempus erat, iam evolutiuerant anni, numero quē pre-
fixerat, & oportebat fieri, quod per Psalmistam prædictum fuerat. Quia non relinquunt domi-
nus virgam peccatorum super fortē iustum, vt nō extendant iusti ad iniuriam manus
suis. Igitur complevit illud, inquit, id est, prefixus est transactus annorum sive dierum numerus,
& ecce sicut alias scriptura dicit. Comprobaret iugum a facie olei, id est, cessabit potentia, quæ
diu superbiuit, superueniente misericordia dei.

Quid velit secundum verbum, Tercel, id est, appensum. CAP. IV.

Tercel, appensum est in statera, & inuentum est minus habens. Ordo rectus, ordo legitimus, Danie., vt postquam seruitus ille malus seruus, de seruitu vel seruitio retributione iudicetur. Post-
quam completum est regnum, illud recipiat quod meretur. Iudicium namq; est inter deum &
regna, sive reges regnum. Ipsa qui ordinavit regna, iudicat illa. De qua quæstione putas sit
iudicium? puta dicere iudicem deum. Ego vos excitaui, ego vobis potestatem dedi, vt peccan-
tes mihi populos cederetis, seruitum vestrum impleuis, sed minus est in facto vestro quam
in proposito meo. In meo namq; proposito bona est intentio, sed hec defuit in facto vestro. Ergo
inuentum est, inquit, regnum tuum minus habens, quia vos omnes reges Assyriorum bonam
G. iii quam

RYPER. ABBATIS TUTTIEN. DE VICTORIA VERBI DEI.

quam ego habui non habuisti intentionem, sed tantum expleuisse superbiam vestram & crudelitatem. Ego iratus sum parvus, vos addidistis in malum. Multum itaque deest in pondere, quia deest totum quod esset laudabile, scilicet omnis intentio iustitiae, voluntas corripiendi, intentio corrigit, refrenandi vitia, sanciendo gentibus iura legitima. Sed & in hoc inueniunt est longe minus habens, quod regnum, siue reges regni illius, non cum qui dederat illis potentiam glorificauerunt deum altissimum, aut gratias egerunt. Imo veritatem commutauerunt in mendacium, & aduersus deum elevarunt, & deos suos illaudabiles laudauerunt. Elevarunt est, inquit Daniel, cor Nabuchodonosor, & spiritus illius obfirmatus est ad superbiam. Tu quoque filius eius Balthasar non humiliasti cor tuum, cum scires haec omnia que super eum veneruntur, sed aduersus dominum dominatorem ecclesie elevaratus es, & vasa domus eius allata sunt coram te, & tu & optimates tui, & uxores tuae, & concubines tuae, vinum bibitis in eis, deosque vestros argenteos, & aureos, aereos, ferreos, ligneos, & lapideos, qui non vident, neque audiunt, neque sentiunt, laudatis. Porro deum, qui habet statu tuum in manu sua, & omnes vias tuas, non glorificasti. Ignotus quia inueniunt est tanto minus habens, iustum iudicium scribentis, iusta est sententia dicentis.

Quid velit tertium verbum, Phares, id est diuinum?

CAP. V.

Phares, diuinum est regnum tuum, & datum est Medis & Persis. Eum in quo ante finitum est regnum illud diuurnum Assyriorum, Pompeius Trogus Sardanapalum memorat, virum, muliere corruptiorem, eum autem qui facta coniuratione, bellum Sardanapalo inferens mortuo successerit, & ad Medos imperium transfluit, scribit Arbaustum suis praefectum Medorum. Mero modo reges postremi, ille videlicet Sardanapalus, in quo finitum est regnum Assyriorum. Et iste Balthasar, in quo diuinum est regnum Chaldaeorum, sicut compares in superbia, ita confimiles fueri in contumelia. Ille namque vir (ut iam dictum est) muliere corruptior, inter scorpii greges purpuris colo nebat, & cum muliebri habitu, dum mollicita corporis & oculorum lacrima omnes feminas anteiret, pensa inter virginies patiebatur, quia ob causam factam coniuratione a suis ad mortem est adactus. Ille inter uxorum & concubinarum turbas nocturnis producens coniuvium, crapulatus & ebrios eadem nocte est intersectus. Iosephus quidem ita narrat. Non post multum tempus, & Balthasar captus est, & ipsa clausa. Hic autem (sicut scriptum est) eadem nocte intersectus est Balthasar rex Chaldaeus, & Darius Medis successor in regnum. Dum premissa narratione de scriptura & interpretatione eius subiungit. Non post multum tempus captus est, videatur dicere, quod non intersectus sit eadem nocte. Quod si historice contraria sunt (in multis namque discrepantibus multitudine scriptorum secularium) hinc sine dubio magis est credendum, qui præsens intersectus, qui scripturam legit & interpretatus est, qui inde purpuram & torquem auream circa collum accepit, qui tertius in regno principes predicatorum est, & cum tanto honore, cum tali principatu de regno ad regnum de Chaldaeis vietus translatus est ad victoriæ Medorum atque Persarum. Fidelis interpres, notum & insignem portans veritatis triumphum. Diuinum est, inquit, regnum tuum, subauditum, contra te, quia facta coniuratione ab his, quibus imperare debueras, circundatus es oblitiose, moriturus hac nocte in crapula & ebrietate. Et datum est Medis & Persis, iuxta prædicacionem eius, qui ante te laudans & magnificans viuentem in sempiternum, viae, inquit, eius iustæ, & gradientes in superbia potest humiliare, dominaturque in regno hominum, & cuiuscunq; voluerit, dat illud.

Quod scriptum & dictum tunc est contra unum regnum Babylonum, de omnibus regnis mundi debere intelligi.

CAP. VI.

Latus quam adhuc dictum sit, patet scriptura haec. Mane, Tete, Phares. Similiter namque de ceteris regnis sentiendum, de regno Persarum & Medorum, de regno Macedonum sive Graecorum, de regno Romanorum, videlicet quod singula eorum iam deus dinumerasset, & singula suis temporibus completerus esset, quod singula deberet appendere in statera, iudiciumque diuinum dare, pro eo quod ea minus habere inueniret. Verumeriam adhuc parvum est considerare in partibus, quod de toto si prædictetur, plus habet admirationis, & commodi, terroris amplius. Regna illa partes sunt vel susterunt, totum autem, est omne seculum, yniuersitas creaturarum, earum dumtaxat, quæ rationales sunt, scilicet angelorum & hominum, de quibus dominus creatoris est & erit iudicium. Igitur ad summum recurrentes, proponamus mundum, & mundi principem diabolum, cuius typum gessit Assur, & in Medis atque Persis Aman superbiissimus, in Graecis Antiochus, & in Romanis Nero, malorum imperatorum imperator pessimus, & in nouissimis diebus reuelabitur nominatus Antichristus. In isto mundi principe, & in toto mundo cõtemplerunt dinumerationem dei, appensionem in statera dei, diuisionem iudicij dei, secundum scripturam hanc. Mane, Tete, Phares.

Quid significet, Mane contra principem huius mundi.

CAP. VII.

Mane, numeravit deus regnum, quod dicit esse tuum, o princeps mundi, rex tenebrarum, tyrannus peccati & mortis. Numeravit, inquit, dierum senario, & complevit illud die septimo.

Sex

LIBER VII.

Fol.

49.

Sex namque diebus omnia fecit, lucem, sive lucis & tenebrarum discretionem, firmamentum, a quas ab aqua dividens, aridam, id est, terram, & aquarum congregations, quas appellauit maria certis militibus coercita, solem, lunam & stellas, volucres, & omnia natatilia, homines & iumenta, & cetera quæ mouentur in terra. Ita sex dierum opera die septimo compleuit, ipsumque diem septimum benedixit & sanctificauit. Tu in istis regnare contendis, tu ista regnum tuum esse dicas, tu ista omnia tua, vel tibi tradite esse metiriris.

Quid significet Tete, contra eundem principem mundi.

CAP. VIII.

Tete, appensum est in statera, & inueniunt est minus habens. Statera vera, statera iusta, verbum dei est, verbum deus, dei sapientia, in qua regnum tuum appenditur, dum de te iudicium agitur, quod omnes audiuerint, dicentes ipso, cuius in manu statera est, imo qui ipsa statera est. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi ejicitur foras. Quomodo in iohann. xii. inueniunt est minus habens, videlicet quia tu ad diem septimum, quo complevit deus omne opus suum, non peruenisti, tu ab sabatisti, id est, requiem benedictionis & sanctificationis peruenire nolisti. Idcirco veraciter iuxta sanctam & mysticā Apocalypsim, numerus tuus est sexcenti sexaginta sex. Inter angelos superbiendo laborasti, in decipiendo hominem circum terram & perambulare copisti, in Antichristo fatigaberis, ita labor tuus augeat caput, sicut isti in decuplo multiplicantur senarij, sex, sexaginta, sexcenti. Deus autem (vt iam dictum est) in septimo requieuit. Appensum igitur regnum tuum profecto inueniendum & inueniendum est minus habens, quia non peruenit ad creatoris requiem, vacuum & vanum circa creaturem continuare laborem.

Quid significet Phares, contra eundem, & quid Persæ & Mœdi, quibus diuinum regnum eius datum sit.

CAP. IX.

Phares, diuinum est regnum tuum, & datum est sancti altissimi, quorum typum tunc in Esaie 45. excidio dumtaxat Babylonia gesellunt Persæ & Mœdi, præfertim cum Cyrus rex illorum propheticæ voce Christus quoque sit appellatus domini. Haec (inquit Esaia) dicit dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, ut subiciam ante faciem eius gentes, & dorsa terrenum vertam. Causam dictiōnis huiusmodi taliter præmisit. Qui dico Cyro, pastor meus es, & omnum voluntatem meam complebis, qui dico, Hierusalem edificaberis, & templum fundaberis. Futurum namque erat, vt Cyrus licentiam & facultatem daret reædificandi Hierusalem, & templum domini. Diuinum, inquam, est regnum tuum, indissoluto permanente regno sanctorum, sicut numerus senarius, qui tuus numerus est, solubilis est & seculabilis. Numerus autem septenario, qui numerus est dei, quia die septimo requieuit, insolubilis & insecurabilis est. Ita regnum tuum solubile est, & sine dubio solutum est, & tu ipse videturibus cunctis præcipitandus es, regnum autem dei, & sanctorum eius manet in æternum. Præterit enim figura huius mundi, & tu de principatu mundi, de potestate tenebrarum harum pertransibis, in tartarum rudentibus inferni destraheris, eorum quibus regnum tuum dandum est, quibus reseruatae sunt illæ, quas in celo perdidisti, mansiones. Hic vnuus est Daniel purpura induitus, auream circa collum torquem de damnato rege extortus, & huic sancto interpretio suo transtulit, sicut omne deus ecclii, omne seruum creature, quod tibi arrogasti, te extortum, dabitur sancti dei hominibus.

Hanc manum apparentem, signasse manum dei, de qua David: Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua.

CAP. X.

Tandem quomodo taliter apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis, & quomodo manu dextera solet scribi recordemur. Imo deum recordatum esse arbitremur, quod cecinerat David, gratulans, & gratias agens, quod audire meruerit cum iuramento domini verbū promissionis. Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua. Manum illam domini, dexteram illam domini, quam summo desiderio, clamore cordis maximo firmari optauerat & exaltari, signabat manus quæ apparuit visibilis. Siebat fani in parte, quod faciendum erat in toto per manum domini, per dexteram omnipotentis dei, quæ non est alia, sive aliud, nisi verbū dei, filius dei. Quid enim siebat in illa particulari Babyloniam, nisi quod faciendum erat in yniuersitatē impiorum per promissam & iuratam verbi dei gratiam? Et quid illud erat, nisi quod continuo sequitur. Iustitia (inquit) & iudicium præparatio fedis tue. Misericordia & veritas præcedent faciem tuam, beatus populus qui scit sublationem, domine in lumine vulnus tui ambulabunt, & cetera. Nam (inquam) siebat hoc in parte illa, quia videlicet manus domini in suo proposito manens, firmiter exaltabatur. Iamque aderant iustitia & iudicium, in præparatione fedis eius. Iustitia in eo, q; populi sūi ciuitate & tēplo orbatis captiuitate tradiderat. Iudicium in eo, q; regnū captiuitatis eorum numeratio, & in statera appensum diuinebat, Modisq; & Persis dabat. Hec agendo sedes eius præparabat, & misericordia & veritas præcedebat faciem eius.

G 1111 Misericordia

RUPERTI ABBAT. TUTTIEN. DE VICT. VERBI DEI,

Gene. 49. Misericordia, ut cito captiuitas illa solueretur. Veritas, ut sceptrum de Iuda, & dux de foemore eius non auferretur, donec omnino vñq; ad perfectū sedes illa prepararetur, donec promissio adimpleretur, donec Christus nascetur. Beatus populus qui scit istam iubilationē. Beatus Daniel, qui illam legens scripturam, in lumine vultus tui domine ambulans, & certam edebat interpretationem, & fidam tenebat in pectore suo manus domini consolationem.

De quatuor bestiis, quas Daniel viderat, & quare deus antiquos dierum appellat.

CAPVT XI.

Non exigit huius nostri ratio propositi, cunctis vel singulis immorari reuelationū sacramentis, ex quibus ille beatus consolatus oscundabatur in medio tribulationis, in afflictione captiuitatis. Vnum est, quod in datum mens præterire non patitur, dulcissimum sacramentum pulcherrime visionis, quam viderat, priusquam decidisset bestialis ferocitas Babylonis, priusquam apparuissent digiti, siue manus hominis scribentes in superficie parietis cauam sive sententiam mox venturi super illam iudicij dei. Siquidem anno primo Balchafar regis Babylonis, videbam (inquit) in visione mea nocte, & ecce quatuor venti coeli pugnabant in mari magno, & quatuor bestiae grandes ascendebant de mari diuersæ inter se, &c. Delectat hic aliquantisper immorari, quia pulchrum est considerare ferocitatem tyrannicam regorum seculi in bestiis ferociissimis, & contra dignitatem, manuertudinem, & pietatem regni dei, in habitu antiqui dierum, super thronum sedentis, & in procœllo filii hominis venientis in nubibus coeli, & vñq; ad antiquum dierū peruenientis, & in conspectu eius oblati, qui & dedit ei potestatem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus, & linguis ipsi seruient. Potestas (inquit Daniel) eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius, quod nō corrumpetur. Primum liber querere, cur deus vel qua intentione sic nominetur antiquus dierum, quod nusquam inueniembamus ante hunc delectabilem generalem prophetia locum. Sensum quidem in omnibus scripturis sanctis habemus, quod iste deus pater æterni verbi, deus sit antiquus, vt pote deus in creatus, nec initium habens, nec finem habitus. Quod & ipsum de verbo eius deo, fideliter sentimus. Veruntamen (vt iam dictum est) nomen hoc antiquus dierum, hic primitus inuenimus positum. Causam ergo non oicio quærimus.

CAP. XII.

Respice nunc facies bestiarum, de mari ascendentium, quarum propter scutitiam dicit se disce iudicium. Hæc (inquit) bestiae magnæ quatuor, quatuor regna consurgent de terra. Porro ipse, cuius iudicium est, dicit. Regnauerunt, & non ex me principes extiterunt, & nō cognovit. Verē non in ipso regnauerunt, in regna, quæ dicta sunt, nō tam regna, quām quedam maxima & publica latrociniā fuerunt. Primum istorum, quod fuit regnum Assyriorum atque Chaldaeorum, quale habuit initium, ante Ninum regem Assyriorum, & si fuerunt reges antiquiores, qui bella gererent, nequaque tamē imperium sibi, sed populus suis gloriā querebant, contentiq; victoria, imperio absinebant. Ille primus omnium veterem, & quasi habitum gentilium morem, noua imperii cupiditate mirauit, & quisitæ dominationis magnitudinem, continua possessione firmauit. Verē ergo regnauerunt (inquit) & non ex me. & quid attinet ad eos, in mundo regnare, regnante illo, qui solus regnare debet, mundi creatore? Ut igitur cognoscamus, & abhorrecamus nimiam in genere humano prælumptioni iniuriam, conuenienter hic antiquum dierū nominauit eum, cui regnando factam esse constat iniuriam. Ipse namq; qui fecit, idem debuit disponere mundū, nec principi quisquam debuisset, nisi secundum eius arbitrium. Si inordinatio est & irreuerentia, coram cano capite non consurgere, quanto inordinationis, quanto irreuerentie est, regnum tam cani capitum, tam antiqui dierum, rapto nomine regio, lecerasset. Siquidem inter homines iuvenes ac senes, facilis est ætatum comparatio. Dierum autem illius antiqui, & dierum hominum, qui nomen eius regium rapuerunt, nulla omnino est, aut esse potest comparatio. Quis enim dicere aut cogitare potest, quanto diuturnitas siue antiquitas increas prolixior si temporibus annis, siue diebus hominum hesternorum, qui quasi heri creati fuere vel natū. Quando illarū antiquissima bestiarum de mari ascenderat, quando regnum Assyriorum de terra coniuraverunt, iam tunc iste antiquus dierum cū Abra ham loquebatur, & iam antiquus erat, vt nunc est.

Summam rerum omnium & regnum ad deum pertinere, sed quatuor bestias quantum queq; potuit, ad se rapuisse.

CAP. XIII.

Loquebatur, & maturam, suōq; cano capiti dignā tractabat sententiam, quod nulli alijs rerum omnī summam, regniq; sui contraderet monarchiam, nisi filio suo, verbo suo, vt quem omnia facta sunt, regerentur omnia per ipsum. Hoc erat sapientis antiqui decretum, hoc erat immutabile antiquitatis infinitæ consilium. At illae bestiolæ recentes, & nuper natae, quæ nascendo nihil intulerunt in hunc mundum, contra decretū hoc salire, contra consilium hoc resulta-

Sol⁹ Chri
st⁹ rex
est.

LIBER VII.

Fol. 41.

resultare presumperunt, & tantum senem non reuerit, quas vel quantulas potuerunt, regni eius, mundi huius diripuerunt partes, homines, regnum super homines inuidentes, cum ante oculos illius sapientis domini, non magis homo hominē natura posset præcedere, vel præcelere, q; mus murem. Fuerunt quidē apud hominem illas bestiæ grandes, prima quasi leæna, alia similes vrſo, alia quasi pardus, & quarta muleū terribilis. Veruntamen in consideratione maiestatis illius antiqui, vix mures mererentur dici, vix erucæ, locutæ, bruchæ, & rubigini meretur assimilari, quia nullus fuit momenti. Bestias illas interficeret, & corpora eorū dare perditioni, siue tradere ad comburendū igni, multo facilis fuit, & est verbo dei, q; ipsi bestiæ starc contra erucam, vel faltum locutæ, consequi, nisi quia peccata gentiū merebantur, vt permitte deo, lacerarentur a bestiis. Quis enim aliis bestias illas tandem interficerit, nisi verbū dei? Omnipotens sermo tuus domine, ait quidā sapiens, exiliens de celo a regalibus ledibus, durus debellator, ita medianum exterminat, terram profluit gladiis acutis, insimulatum imperium tuum portans, & flans in terra replete omnia morte, & vñq; ad celum attingebat, flans in terra.

Soliū verbi dei verum esse imperium, humana omnia simulata. CAP. XIV.

Sine dubio qui in terra Aegypti tantam fecit plagam (cuius ille verbis istis meminit) ipse idē omnipotens sermo tuus domine in istis bestialibus regnis, & omnia quæ voluit, & hæc maximè fecit, vt Nabuchodonosor fieret quasi bos. vt Aman appeleretur in patibulo. vi. Antiochus sine manu contereretur, vt Nero, quia vixerat turpiter, moreretur turpius. De isto omnipotente sermone domini, nequaquam nunc præterire liber, quod inter cætera dictum est, insimulatum imperium tuū portans. Et quid est insimulatum imperium, nisi imperium non simulatum? Et quid est non simulatum imperium, nisi imperium verum? Quod cum dicitur, vel intelligitur, non contra hominum imperia simulata esse perhibentur? Vére simulata & imperia simulata, non vera, imperia bestiarum, imperia hominum bestialium, qui ad tempus occidendi vt bestiæ potestatem habuerunt, ad vitam autem nec sibi, nec alijs prodeſſe potuerunt. Itē omnipotenti sermo insimulatum portat imperium, verum tenet regnum, cuius regnū & imperium sine fine permanet in seculo seculorum. Et iam quidem talē imperium portabat, sed nondum apparuerat, apparuit factus illius hominis, & quod habebat in forma dei insimulatum imperium, acceptū in forma seruſecundum pulcherrimum spectaculum tanq; illius visionis. Et ecce Daniel. 7. in nubibus coeli quasi filius hominis veniebat, & vñq; ad antiquum dierū peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatem, & honorem, & regnum, & omnes populi tribus & linguis ipsi seruient. Potestas eius potestas æterna quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Nunc ad ordinem reuertamur.

Regnum Mædorum & Perſarum quartum caput draconis fuisse.

CAPT XV.

Tertio draconis capite superato, quartum seſe protinus erexit, dum eliso regno Babylonico, regnōque Perſarum & Mædorum sublevarato, protinus idem diabolus copit vii contra propositum dei, contra verbum promissionis. Exterminari cupiens populum cuius de carne impleri oportebat, quod deus patribus promisit, quod promissum iuramentum firmauit. In isto capite facies erat vrſi, & tres dentum ordines in ore eius, quæ intelliguntur tria regna viii imperij, regnum Babyloniorum, regnum Mædorum, & regnū Perſarum, quæ in vnum redacta sunt regnū sive imperium. Et quidem reges illius imperij proposito suo nō inclemens füre populo deis, sed per eos qui sub regibus fuere principes, maximèq; per Aman, sicur historia libri Hefer memorat, hoc agere voluit diabolus, vt populous ille omnino exterminaretur. Hoc in antedicta visione Danielis in eo præsignatum est, quod cum dixisset, & ecce bestia alia similes vrſo in parte stetit, & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius, protinus subiunxit, Et dicebant ei, Surge, comedē carnes plurimas.

Satrapas Mædorum & Perſarum Danielis foueam, in quam ipsi inciderent, fodisse.

CAPT XVI.

Svegestum namq; fuit regibus, primū Dario, vt dereret Danielē, deinde Assuero, qui & Artaxerxes dicitur est, secundus huius nominis rex, vt deleret vniuersam Iudeorū gentem, inuidentes satrapas Danieli, quod esset vnu ex tribus principibus constitutus a Dario, vt satrapæ illis redderent rationē, & quod Daniel superaret omnes principes & satrapas, quia spiritus Danieli, dei amplius erat in eo, quodq; rex cogitaret constitutere eum super omne regnum, ad hoc perduxerunt regē, communicato consilio cū principibus regni & magistratibus, senatoribusq; & iudicibus, quatenus decretū imperatorū exiret & edicēt, vt omnis qui petisset aliquā petitionē à quoconq; deo & homine vñq; ad dies triginta, nisi à rege, mitteretur in lacū leonū. Certissime autem futurum sciebant, vt Daniel sciens constitutam legem nihilominus peteret à deo suo, oraret

Quaridra
conis reg-
num.

Daniel. 7.

RUPER. ABBATIS TUTTIEN. DE VICTORIA VERBI DEI.

Daniel. 6.

oraret & adorarer deum suum, atq[ue] hoc modo incideret in iudicium illius magna, fortissima, & (vt putabant) prouidae legis atq[ue] ineuitabili decreti. Et ita factum est, veruntamen non in quantum volebant. Ingressus nanci Daniel domū suam senebris apertis in cœnaculo suo, contra Hierusalem tribus temporibus in die fletabar genua sua & adorabat, confitebar utq[ue] coram deo suo, sicut & ante facere cōfuerat, videlicet tenax propositi sancti, secundū illa sententiam Davidicam. Velpere & mane & meridi narrabo & annuntiabo, & exaudier vocem meam. Nec vero illud ignorabat, quid esset, vel q[uod] verum esset. Poderunt ante faciem meam foveam, & inciderunt in eam. Hoc illi nesciebat, sed scire habebant, quod deus Danielis ipse esset, qui deus trium puerorum socrorum eius, Sydrach, Myfach, & Abdennago, & quod nō minus posset pro Daniele leonibus imperare, quam potuit illis flamas ignium mitigare.

Psal. 54.

De oratione Danielis contra Hierusalem, propter quam accusatus, & cum rex liberare non posset, in lacum leonum projectus fuit.

C A P V T XVII.

Orationi quo exau diatur ne cessari.

Iohann. 15.

O Sculcam diaboli inuidiam, & inuidam draconis antiqui futilitatem, qui natum sibi quartum caput iniquitatis, scilicet porestatem. Mœdicti vel Perfici regni, tam cito ad hanc partem leuabat, & intendebat, vt Daniel non inuocaret deum suū, aut obliuisceretur verbum dei sui, quod mente gestabat. Nunquid mulier in utero habens obliuisci potest doloris sui, & non clamare dū cruciatur & parturit? Sic nimis beatā anima prophete sanctissimi, quæ intra se conceptrum gestabat verbum bonum beatæ promissionis, tacere non poterat. Et occupata in expectatione salutis, principum in perditionem currentium leges non curabat, consilia nō admittebat. Illus vbi promilio iurata fuerat, animo intendebat in Hierusalem, mente præsens aderat, vnde corpore absens exulabat, vbi iuramentum accepte fideli Daudī, vnde exire oportebat verbum vel effectum promissionis, quia de Sion exhibit lex, aiebat spiritus propheticus, & verbum domini de Hierusalem. Propterea senebris apertis in cœnaculo suo contra Hierusalem vir desideriorū genua fletabat, interdum lugens, & pañ desiderabilis non comedens, multisq[ue] modis semetipsum affigens, vt totis viribus adhibitis, validam vscq[ue] in celū subleuaret orationem, indeq[ue] opportunam sibi attraheret consolationem. Exploratus est, acculaeus in iudicium venit, tanq[ue] præuaricar magna legis, tanq[ue] reus læsæ maiestatis. O vere beatā anima, cum te nec rex ipse liberare posset, ponens cor vt te liberarer, & vscq[ue] ad occulum foliis laborans, vt te erueret, tunc quidem tristitiam habebas, ibi dolores vt parturientis. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius, at ipsum verbum incarnatum, cuius in obsequium tū ram vehementer dolisti, quod verbum bene concitum est doloris eiusmodi in animabus sanctis, præserit quia ipsum in eis est, & dolorum causa illis est.

Danielem in martyrio verbi dei, tribus pueris non fuisse inferiorem.

C A P V T XVIII.

Daniel. 4.

Daniel. 6.

Ergo, martyr verbi dei, nihil minus à sanctis socijs suis tribus pueris habuisti. Forte (ò vir desideriorum) vbi vidisti. Ecce ego video viros quatuor solutos & ambulantes in medio ignis, & nihil in eis corruptionis est, & species quarti similis est filio dei. Vbi (inquam) hæc audiisti, vbi tres socios triūphantēs ad gloriam dei de fornaci ignis procedentes alpexisti, & propter hor laudes & benedictiones deo tuo declamatas audisti, forte suspirasti, forte ingemisti, quod tue felicitati tantum descessit, vt passionis eortu, & gloria non meruisse consors vel particeps fieri. Non fuisti neglectus, non fuisti filio dei, cuius species ille recognita est, viles aut contemptus. Nam ecce solus absq[ue] socijs tuis, solus cum angelo eiusdem gratia saluus & incolunis inter ora leonum nocte integrā perseverasti. Deus tuus misit angelū tuum, & conclusus ora leonum, & non nocuerunt tibi, quia coram eo iustitia inuenta est in te, sed & cora hominibus delictum non fecisti. Habero igitur & tu titulos triūphi, tua fidei vexillo inscriptos, socijs tuis non inferior. Habets titulos tuis meritis exactos, regia voce declamatos. Pausēcāt (inquit) & tremitis omnes in vniuerso imperio dei Daniels. Ipse est enim deus viuus & æternus in secula, & regnum eius non dissipabitur, & potestas eius vscq[ue] in æternum. ipse liberator & salvator, faciens signa & mirabilia in celo & in terra, quia liberauit Danielem de lacu leonum.

Completo captiuitatis annorum numero, non prophetas tantum, verum etiam super ædificationem Hierusalem letatos fuisse.

C A P . XIX.

Daniel. 6.

Zacharia.

Intraea compleetus erat numerus annorum, de quo factus est (inquit) sermo domini ad Hierusalem prophetam, vt complerentur desolationis Hierusalem septuaginta anni. Et posuit faciem meam ad dominum deum meum rogare & deprecari ieiunijs, facco, & cinere, & cetera. Tunc & Zacharias, qui & in ordine duodecim prophetarū vnde cimus est, respondisse narrat angelū domini, & dixisse. Dñe exercitū vscque non misereberis Hierusalem, & virbum Iuda, q[ui]bus iratus es, iste septuagesimus annus est. Et respōdit (ingt) dñs angelo, qui loquebāt in me verba

LIBER VII.

Fol. 24.

verba bona, verba consolatoria. Mirum quomodo nō solum homines sili captiuitatis, verum etiam angeli sancti, ciues alterius seculi de redificatione Hierusalem, quod iam instaret, op̄pidō lētabantur. Danielem consolabantur angeli summū, inter deum & Zachariam discurrebant angeli sancti, gaudentes, & apparati veluti magni apparatus & magnas festivitatis com̄ministri. Et leuaui (inquit) oculos meos, & vidi, & ecce vir, & in manu eius tuniculus mensorum, & dixi. Quo tu vadis? & dixit ad me. V̄t mentiar Hierusalem & ludæam, quanta sit latitudo eius, & quanta longitudo. Et ecce angelus, qui loquebatur in me, egredebat, & aliis angelis egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum. Curre, & loquere ad puerum istum, dices. Zach. 2. Abique muro habitabit Hierusalem præ multitudine hominum & iumentorum in medio eius. Quid sibi vult angelorum tanta concursio, tam vehemens demandatio? In redificatione terrenæ ciuitatis & templi, iam etiam optimes volumen videri, sileque cerratim ingerunt angelii. Nunquid hoc tam magnum studium suum ciuitati ædificandæ adhibent propter ciuitatem ipsam? Non utique propter ciuitatem ipsam, sed propter spem quandam in Iūdā rep̄sum, & de illius ciuitatis gente, templici illius religione gratulantur nō excidisse verbum domini, non defecisse verbum promissionis, mox reuerlura virgine Israel in ciuitates suas, vbi salvatorem dominum generare deberet.

*Danieli non solum redificationem templi, verum etiam omnium regnorū futuros eveni-
tus, reuelata fuijse,*

C A P . XX.

Nevero solummodo redificationem ciuitatis & templi, & inhabitationem multitudinis spacioam, visiones diuinas, & colloctiones angelicas pollicebantur, verum etiam genitum aduersantium labores & miseras in vindictam superuenturas preloquebantur. Clama, inquit angelus ad Zachariam. Hæc dicit dominus exercituum. Zelatus sum Hierusalem & Syon zelo magno, & ira magna ego iracor super gentes opulentas. Quas dicit gentes opulentas, gentes intelligimus regnorū sepe dictorum, quæ Iudeam obtriverunt. Et quam obcaulam iracutur super illas gentes ira magna, statim indicat. Quia iratus sum parum, ipsi vero addiderunt in matum. Et est sensus. Ego intendi visitare in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, quæ parua ira est. Ipsa autem iram suam & odium suum superaddidereunt, intendendo vt eos penitus defeream, cum ego non genit intermissionem intenderem, sed correctionem. Porro ad Danielem sic angelis loquebantur, tales illi visiones ostendebantur, vt futura regnorū eorumend secreta, quod valde mirum est, taliter illi publicarentur, qualiter nulli prophetarū publicata sive preannuntiata fuisset vscquam apparebat ex dictis seu scriptis eorū. Nam & regnorū status & regum, hinc felices aliquando euentus, hinc infelices quorundam interitus, ita per angelos didicit & conscripsit, vt de futuriis historiis tam texisse non dubitetur, excepto quod reges ipsos propriis non exprefsit nominibus.

*Domum dei, quam Cyrus edificandam decreuerat, à Dario Vincente ita verbo dei, tan-
dem edificatam fuijse.*

C A P V T XXI.

Cvius tandem ille, nisi domini sermo erat, de quo dicitur est illi. Ab exitu sermonis vt ædificetur ciuitas? Qualis fuit ille exitus sermonis, aut unde exiuit? Sulcitauit dominus spiritum Cyri regis Perfarum, & traduxit vocem in vniuerso regno suo, etiam per scripturam, dicens. 1. Esdr. 1. Hæc dicit Cyrus rex Perfarum. Omnia regna terrarum dedit mihi deus dominus coeli, & ipsi præcepit mihi, vt ædificare ei domum in Hierusalem, que est in Iudea, & cetera. Ita sermo regis, sermo erat domini, qui sicut eundem Cyrus apud Eliajam Christum suum appellare curauit, ita & sermonem suum in ore eius ponere voluit. Verum postmodū eodem Cyro decedente, vicina gentes sive hostes Iudea & Beniamini audientes, quia filii captiuitatis edificarent ciuitatem, & templū domino deo Israēl, scripserunt accusationem aduersus Arraxerxi dicentes. Notum sit regi, quia Iudei, qui ascenderunt à te ad nos, venerunt in Hierusalem ciuitatem rebellum & pellitam, quam ædificare extruentes muros eius, & parietes componentes. Sic inchoando, & accusando habitatores Iudea & Hierusalem, hoc efficerunt, vt mitteret rex & prohiberet ædificari ciuitatem. Tūc intermissum est opus domus domini in Hierusalem, & non siebat vscque ad annum secundum regni Darij regis Perfarum. Prophetauerunt autē Ag-1. Esdr. 1. gaeus propheta & Zacharias ad Iudeos, qui erant in Iudea & Hierusalem. Et tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedech, & cooperunt ædificare templum dei, & cum eis prophetæ dei, adiuuantes eos. Scifirantibus aduersariis, & dicentibus. Quis dedit vobis consilium, vt muros hos instauraretis, & domum hanc ædificaretis? Respondentes inter cetera dicebant. Anno autem primo Cyri regis Babylonis, Cyrus rex proposuit ædificandum, vt domus dei ædificaretur. Misericordia itaq[ue] epistolam ad regem Darium, iam dñi hostes Iudeorum, dicentes post cetera. Nunc ergo, si videatur regi bonū, recenseat in bibliotheca regis, quæ est in Babylone, utrū nam a Cyro rege iussum fuerit, vt ædificaretur domus dei in Hierusalem, & volun-

R V P E R T I A B B A T . T V T I E N . D E V I C T . V E R B I D E I

& voluntate regis super hac re mitrat ad nos. Tunc Darius rex præcepit, & recensuerunt in bibliotheca librorum, qui erant depositi in Babylone, & inuentum est volumen unum, talis: q[uod] ieripus erat in eo commentarius. Anno primo Cyri regis, Cyrus rex decreuit, ut domus dei, quæ est in Hierusalem, ædificaretur, &c. Quibus perfectis. Nunc ergo (inquit, Darius) qui estis trans flumen, procul recedite ab illis, & dimitte fieri templum dei à duce Iudeorum, & a senioribus eorum, ego Darius statui decretum, quod studiose impleri volo.

Tempus, quod ab exitu sermonis, usque ad completionem operis intercesserit, non modo coram deo breve, verum etiam hominibus vtile fuisse.

C A P V T . X X I I .

Talis fuit exitus sermonis, vñq[ue] hominibus vel seruis dei prolixus & difficultis. Siquidem à Cyri regis imperio, cuius ut viuentis voluntas, ita & mortui scripta sermonis dominica formulata est authoritas, vñq[ue] ad Neemiam, & vicesimum annum regis Artaxerxis manis opus imperfectum, quo tempore regni Persarum centum & quindecim anni fuerant euoluti. Captivitatis autem Hierusalem centesimus octogesimus quintus annus erat. Veruntamen captiuitatis eiusdem recte predicantur vel numerantur dumtaxat anni septuaginta, quia videlicet tunc recte soluta esse dicitur, non quando consummatum est opus, quod intermissum fuerat, sed quando prima licentia data est, prædicante Cyro. Quis est in vobis de viuente populo dei eccl[esi]i, sit deus illius cum ipso. Ascendat Hierusalem, quæ est in Iudea, & ædificet domum dei Israel, ipse est deus, qui est in Hierusalem. Quando haec dixit, simul protulit vasa domini, quæ tulit Nabuchodonosor de Hierusalem, & dedit his, quorum deus suscitauit spiritum, ut alcedarent ad ædificandum templum domini. Tunc vero soluta est captiuitas populi, quia tunc alcedit, quicunque reliktis Babylonie delitijs alcedere voluit. Porro, quod taliter extenuit sermoni ad reædificandam Hierusalem, & templum domini, moras fecerunt aduersarij. Apud ipsum sermonem domini nullius est momenti, quippe cuius ante oculos mille anni, tanquam dies hæsterne que præterit, & custodia in nocte. i. yna de quatuo vigilijs noctis. Quanto magis paulo plus, q[uod] centum anni, quibus intermissum fuit opus domus domini, impeditibus aduersarij, parui, inq[ue] nullius ante oculos eius, potuerunt esse momenti. Igitur ipsi quidē sermoni vel propheto dñi mora illa pro nihilo fuit, quippe que pro nihilo habentur. corū (inquit) anni erunt, id est, in terra reputabuntur, subauditam ante oculos suos. Ipsis autem filiis captiuitatis, annos illos & moras intermissi operis nimis ægre ferentibus, & fideliter corā domino ingemiscientibus, auctum est meritum fidei, crevis corona spei, multiplicata sunt premia dilectionis, quia laborauerunt ipsi, vt nos in labores eorum introiremus, vnde & p[ro]p[ter]e p[ro]p[ter]e studijs grates agere debemus, quia quod seminaverunt in lachrymis, nos in gaudio metemus.

Vnde Cyro homini gentili tanta circa deum cœl[em], & circa captiuum eius populum benevolenter prouenerit.

C A P . X X I I I .

Vnde putas illi Cyro homini gentili tanta circa deum eccl[esi]i, & circa captiuum eius populum benevolentia prouenie? vnde hoc, nisi quia scriptum & veraciter dictum est, cor regis in manu dei? Reuera quod effectus de corde eius omnipotens sermo domini, id ipsum potuisset efficerre de corde cuiusq[ue] alterius regis, nō minus de corde Nabuchodonosor, ne populus captiuum duceret, qui fecit de corde huius, ne populum captiuum retineret. Delectat nunc videre modū ipsum, quo benevolentia cordis eius captare dignata est manus dei, longe anteq[ue] nasceret hic Cyrus, anteq[ue] fierent patres patrū eius, memorias eius in cōsilij suis habere, & beneficia sua illi promittere dignatus est ipsum quod siebat ad prophetas verbum domini. Scriptum quippe fuerat in Elia. Hæc dicit dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexterā, ut subiectam ante faciem eius gentes, & dorsa regum vertam, & apieram coram eo ianuas, & portæ nō claudantur. Ego ante te ibo, & gloriose terre humiliabo, & portas aeras conteram, & ferreos vertes confringam, & dabo tibi thesauros abconditos, & arcana secretioris, ut scias, quia ego dominus, qui voco nomen tuum sanctus Israel. Nunquid Cyrus talen ac tantam de semetipso prophetiam nō audierat? Nunquid dubius esse potest de captiuis illis, quin istam scripturam domini, istas promissiones dei sui ad notitiam eius perferre properauerint, cum sperare possint vaticinium hoc magni sibi apud illum regem factū occasionem fore solati? Accipit ipsa manus domini, in qua est cor regis, & hoc effectus, ut tali verbo, tantoq[ue] dei promissio non ingratus existeret, sed diceret vocem traducens in viuentero regno suo, vocem etiam per scripturam, id est, vocem scripti. Omnia regna terræ dedit mihi dominus deus eccl[esi]i, subauditur, qui mihi longe antequam nasceret ea daturum se promisit, & meum quoq[ue] nomen vocavit, continuo subiunxit. Et ipse præcepit mihi, ut ædificarem ei domum in Hierusalem, quæ est in Iudea. Ac si diceret, Ob hanc cauam dedit mihi omnia regna, ut populum eius, penes quem scripta est illa de me prophetia, liberum dimittam ad ædificandam domum in Hierusalem, quæ est in Iudea.

Esa. vi.ii.

1. Esdr. i.

Esaie. 45.

L I B E R . V I T .

Fol. 43.

Iudea. Siquidem deus idem vbi dixit. Qui voco nomen tuum, statim subiunxit, proper ferum meum Iacob, & Israel electum meum. Igitur ob hoc mihi omnia regna dedit, ut in populo ipsius gratiam rependam illi, reddendo illum libertati.

Cyrus ita regem factum, ut diuinam circa se prouidentiam agnoscere potuerit.

C A P V T . X X I I I I .

Et reuera sensatus homo iam dictam legens vel audiens prophetiam, suamq[ue] recolens in fantiam animaduertit, vel perpendere poterat, q[uod] non casu, sed per diuinam prouidentiam euenerit, ut ipse regnaret. Siquidem de hoc scribit Pompeius Trogus, q[uod] natu infans de filia Astragis, per aur inuidiam datus est occidendum, somniū verentis quo præmonstrato, regnum infantulo futurū arioli auspiciabantur. Is verò cui necandus infans traditus est, veritatem infantis necati vltionem mater eius quandoc[um] in ipsius exigeret, pastori regi pecoris puerū expōnendū tradidit, forte eodē tempore & ipsi pastori natus erat filius. Eius igitur vxor auditā regi infantis expositione, puerū proferri subiq[ue] ostendit summis rogat precibus, cuius precibus fatigatus pastor, reuerlus in sylvam, inuenit iuxta infantē caniculam parvulū ybera præbentem, & a seris alitibusq[ue] defendentem. Motus & ipsle misericordia, qua mortuam etiam canē viderat, puerū defert ad stabula, eadem cane anxiè prolequentem. Quem vbi in manu mulier accepit, tandem vigor & dulcis quidam blanditiis infantis risus apparuit, ut pastore vitro rogaret, ut permittaret sibi puerū nutritre, permutata forte parvuloru[m], vt hic pro filio pastoris educaretur, ille pro nepote regis exponeretur. Puer deinde cū inter pastores esset, Cyri nomen accepit. Interfecto tempore cum adoleuerit, per Harpagum autem amicum didicit, quomodo parvulum illum occidi ausus iuuerit, quomodo seruatus sit, Hortaur ut exercitu pareat, & pronam ad regnum viam ingrediatur, Mædorum translationem pollicetur, factumq[ue] est vt Cyrus Mædorum & Persarum fieret rex. Si vera est eiusmodi historia, nimis scienter dicere poterat. Omnia regna terræ dedit mihi dominus deus eccl[esi]i, præsentim prævenire propheta eiusmodi, qua magnus & potens rex ab eodem domino deo præsignatus & ex nomine vocatus est.

An libertas captiuus à Cyro donata Iudeis, eidem ad æternam salutem affequendam prouenire potuerit.

C A P . X X V .

Petas ne talis gratia repensio sufficiens ad æternam salutem esse potuit eidem Cyro. Regis pensionem gratia dicimus hanc esse, quia sciens siue animaduertit sibi regnum euenerit, illo disponente deo, cuius templum fuerat in Hierusalem, non omnino ingratus extitit, sed & ipse (inquit) deus, qui est in Hierusalem, & edictum propositum in viuentero regno suo, ut alcederent filii captiuitatis, & templum & ciuitatem reædificandi licentiam haberent. Hanc ergo quasi beneficij vicissitudinem putas illi sufficiendum fuisse ad æternam salutem? Ne quaquam sufficiunt, nec enim animaduertit potest, q[uod] eandem, scilicet æternam salutem sperauerit vel quæsierit, fuerit quidē alicuius momenti præ careris regibus, qui creatori per iustam dispositionem, regna illis danti omnino sunt, vel fertur in gratia. Veruntamen non valde magnum est, grates agere pro præsentibus beneficiis, dum negligenter aut linea cura caret æternis. Liceat eum reputare cū eiusmodi, de qualibus Psalmista dicit, Quia anima eius in vita ipsius benedicitur, confitebitur tibi cū beneficerit ei. Denique cū dicit, Quia anima eius in vita ipsius benedicitur, subaudiendū est, & illa benedictione contentus erit, de futuro non curans, dummodo in præsenti seculo dū vivit anima eius, id est, sensualitas eius exaltetur siue prosperetur, que nimis illa benedictione est, qua contentus fuit Elau. Non, inquam, valde, magnū est, tū deo confiteri, cū in hac parte deus beneficerit illi, nisi etia confiteatur cū aliquid aduersi contigerit. Veri confessores tunc instantis confitentur, quando aduersi fatigantur. Verbi gratia, vt Daniel & socii eius, qui tunc ad confitendum domino se amplius extenderunt, quando captiuitatis aduersitatem subierunt. Tantum quippe studium sanctæ confessionis aggressi sunt, ut proponeant laudabilem & paucis imitabilem fugiter tenere ciborū ac portus parsimoniam, quatenus sobrietatis pulchritudo confessionem deo magis redderet acceptabilem.

Qua vera confitio sit, & quid eidem Cyro de vera confitione defuerit.

C A P V T . X X VI .

Sed nec illud facile concedendum est, q[uod] illa gratulatio confessoris deo, cum deus beneficiorum ei, sit confessio, in datur, ut est, adulatio. Quid enim est confessio, de qua Psalmista loquitur. Confessio & pulchritudo in conspectu eius, & de qua idem dicit. Introitie portas eius in confessione, atria eius in hymnis, confitemini illi! Nimis laus est integra, laus deuora, laus ordinata. Quo vel qui ordinis, nisi ut homo in principio accuset seipsum, Deinde iustificetur deum! Iustus namque in principio accusator est sui, qua accusatione prævenire dum deum iustificari, Verbi gratia, dico. Fidelis dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Nimis confessionem, id est, laudem perficit. Non longe exempla perantur, Daniel & ipse

Cōfessio ve
ra & falsa.
Psal. 95.
Psal. 99.

Prouer. 18.
Psal. 94.

Daniel. 9.

H ipse

ipse dierum illorum exilium captiuus eo modo confiteretur. Obscurus, inquit, domine deus magna & terribilis, custodiens pacem & misericordiam diligentibus te, & custodientibus mandata tua. Peccauimus, iniquè fecimus, impie egimus, & recessimus, & declinauimus à mandatis tuis & iudicis. Nobis confusio faciet, regibus & principibus nostris & patribus nostris, qui peccauerunt, tibi autem domino deo nostro misericordia & propitiatione, & cetera. Iste legitimus est ordo confessionis, quemque in principio accusare seipsum, deinde iustificare deum, & ab ipso querere remissionem peccatorum. At illi homines seculi, qualium hic unus extitit, nunquid ad eiusmodi confessionem descendere dignati sunt? imo dixerunt. Lingua nostra magnificimus, labia nostra à nobis sunt, quae noster dominus est. Omnes superbi & circa animæ causam prorsus indomiti, aut ipsi pro diis haberi voluerunt, aut talibus seruire diis, quorū nō est dare consilium de cura animarū, de sollicitudine gerenda pro peccato, quæ mors est animarū. Igitur talium fortuita laudatio, non tam salubris confessio, q̄ steriles dicenda est adulatio.

Maiores laudatio dei occasionem eſe, non modo in templi Hierosolymitanj, verum etiam totius generis humani reparacione, quam conseruatione.

C A P V T X X V I I .

Proinde de ore illorum rapiat laudem laudatoris fidelis & diligens, dicatq; magis scienter, quām iste dixerit. ipse est deus qui est in Hierusalem. Cum pro multis, imo pro innumerabilibus quæ fecit mirabilibus, tum & pro causa ista dicamus. Ipse est deus qui est in Hierusalem, quia mirabile hoc egit, ut predam quam leana rularat, virus domum reportaret, id est, ut captiuos, quos Nabuchodonosor rex Babylonis de Hierusalem abduxerat, & vasa domini, quæ asportauerat, phialas aureas & argenteas, cyphos aureos & argenteos. Et vasa alia, vasa aurea & argentea quinque millia quadrangula, vniuersa hæc redderet hic Persarum & Medorum rex, & remitteret in Hierusalem. Nunquid minus gloria, minus virtutis dei per hoc factum illuxit, quām si custoditum fuisset coelitus templum, ut non spoliaretur sive incenderetur à Babylonis: imo plus habet honoris, & plus experimenti ad cognoscendam potentiam atq; prouidentiam verbi dei. Sicut plus habet admirationis, mortui restaurans hominem, q̄ custodisse ne perimeretur, ita plus habet miraculi taliter reparasse statu gentis & loci, q̄ defendisse ut nō defriteretur. Sic nimurum de vniuersa constat electione generis humani, de omnibus sanctis sive electis præcisitatem prædestinatum ad conformitatem imaginis filij dei, quia maiore gloria dei, gloriore triumpho verbi dei nunc suscitatur à morte animæ & corporis, & redeunt in illa celestem Hierusalem, ciuitatem dei viuentis, q̄ si nunquam captiuus inde fuissent adducti, si nunquam fuissent mortui, si nunquam mors introiisset in hunc mundum inuidia diaboli.

Quonodo id, quod de Cyro dictum est, Aſsimilauit, et non cognovisti me, intelligendum sit.

C A P V T X X V I I I .

Nunquid hoc ipsum ignorauit aut præteriuit verbum dei, q̄ futura esset imperfecta laus (vt diximus) in ore vel opere Cyri: Deniq; ubi tale de illo deproprio oraculo. Hæc dicit dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram: &c. Tandem ita conclusit, Affiliaui te, & non cognovisti me, ego dominus & non est amplius, extra me non est deus, accinxite & non cognovisti me. Nunquid nulla aut parua exprobatio est, dum dicit, & nō cognovisti me? Et quonodo nō cognovisti cū dixerit, ipse est deus qui est in Hierusalem? Verē non cognovit, quanvis ita confessus fuerit. Muletum in illa confessione sive cognitione defuit, quia quod ibi loquitur, ipse qui accinxit eum deus, ego dominus & non est amplius, extra me non est deus, fura aude præteriuit. Hoc ille audire vel intelligere noluit, imo persistuit in insipientia stultorum seruentium creature, potius quām creatori. Proinde recte dicatur illi, Si recte oſeras, & non recte diuidas, nonne malū est? Res enim quafdam deo obvulsi, sive reddidit, & hoc recte fecit. Seipsum autem libimet reuinuit, quia cor suum cultui vel religione eius non subdidit, cui res exteriores obvulsi. Proinde non mirū, quod cum cupiditate sua grassis per mundum, miserabilem vitam est consecutus exitum. Tradunt nanque historia, quod Tamiris regina Scytharum, comprehendens infidis vniuersum eius cum ipso rege trucidauit exercitum, ducenta milia Persarum, caputque Cyri amputauit, in vtre humano sanguine replerum coniecit, cum hac exprobatione crudelitatis. Satia te, inquit, sanguine quem stristi, cuiusq; insatiabilis semper extitisti.

Titulum psalmi sexagesimiquarti ad huius captiuitatis solutionem pertinere.

C A P V T X X I X .

Nonnullus spectat ad rem presentem reminisci, quia in titulo psalmi sexagesimiquarti, Hieremiam & Aggeum spiritus propheticus composuit, quorum alter, scilicet Hieremias captiuitatem illam futuram prædictit, & præsens vidit. Alter vero, scilicet Aggeus soluta captiui-

captiuitate reversioni in patriam interfuit. Titulus sic se habet. In finem psalmus David, cantum Hieremias & Aggei de verbo peregrinationis, quando incipiabant proficiunt. Sequitur psalmus. Te decet hymnus deus in Sion, & tibi redetur votum in Hierusalem. Ad rem, in quam præsentem spectat, eiusdem cantici sive tituli præuentis reminisci, quia magnum res nat gaudium de triumpho verbi dei, cuius propter veritatem implendam populus de captiuitate liber illuc ascendit, ubi oportebat ipsum verbum incarnari; per quod omnia facta sunt, de tribu Iuda, de femine David. Dulce quidem est allegoriam in eodem psalmo, sive psalmi titulo meditari, scilicet intelligere supernam Sion & celestem Hierusalem, atque hic vniuersalem generis humani peregrinationem, vnde omnes alcensuri sunt electi, finito termino mundi. Veruntamen & illud nonnullum habet dulcedinis, quod historialiter tunc gestum est, quod populus ille liber de captiuitate redit, cui redditus propheta Aggeus interfuit. Etenim se dicit ille non solum typus, verum etiam valde necessaria preparatio fuit decoris sive hymni, qui te decet deus in superna Sion, preparatio redditus voti, quod tibi redditus sive redditus in eterna Hierusalem, quo omnis caro ad te veniet, propitato te cunctis iniquitatibus nostris, per redempcionem Iesu Christi filii tui, cuius ventura natiuitas hoc exigit, ut solueretur illa captiuitas, ut rediret iuxta prophetam virgo Israel in terram suam sive in ciuitates suas, eundem dominum & saluatorem suum genitum, magna & pulchra triumphalis tripludij materia.

Iuxta prophetam Aggei, nouissimi templi maiorem gloriam quām primi propter verbum incarnatum fuisse.

C A P . X X X .

Nunquid non istud Aggeus, iam tunc prophetali oculo considerabat? Ait enim Aggei, est in vobis derelictus, qui vidit dominum istam in gloria sua prima? & quid vos videatis hanc? nūquid non ita est, quasi non sit in oculis vestris? Statimque paucis interpolitis confortans dicit. Nolite timere, quia hæc dicit dominus exercitum. Magna enim erit gloria domus istius nouissime plus quam prima, dicit dominus exercitum, & in loco isto dabo pacem, dicit dominus exercitum. Qualem putas gloriam tanto ore pronuncia, nouissimam fore maiorem quam primam? Nunquid secularem gloriam, scilicet aurum & argenti copiam? Nunquid etiam si sic futurum erat vel fieri poterat, vt plus aurum in domo nouissima ruclareret, quam in prima Salomon impeditisset? Nunquid dignareret, ut hoc tanto opere pro gloria reputaret, & pro hoc tam vehementer dominus exercitum declamaret? Ergo illam magnam gloriam decet intelligi, quæ gloria vera est, scilicet præsentationem verbi incarnati Christi filii dei, qui in illa domo prima non fuit præsentandus. In nouissima autem erat præsentandus, Simeone expectante, & in vlnas suas illum accipiente, cum isto cantico gratiae. Nunc dimisit seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace. An non hoc ipsum idem propheta ibidem interloquitur. Et venier, inquit, desideratus cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria, dicit dominus exercitum? Verē omni gloria domus prima, maior futura erat gloria nouissima, quod in ea secundum legem primogenitorum præsentandus erat cū sacrificiis legalibus ille primogenitus in multis fratribus, iste desideratus cunctis gentibus, Eſdrā, Nehemiam, Iofedech, & Zorobabel, tempore solute captiuitatis illustres fuisse.

C A P . X X I .

Memorabilis ille redditus & ascensus spectabilis, si consideres currum illam sive quadrigam domini, qua rediens, ad locum suum properabat verbum domini, verbum necessarium implendæ promissionis. Quadrigam illam domini quatuor dicimus viros autores præcipios, & quasi capita illius reverlorum Elidram, & Nehemiam, Ielum fæderotē magnum, & Zorobabel ducem. Idcirco dictum Zorobabel, quia infra annos captiuitatis in Babyloniam natus est. Prophetas Aggeum & Zachariam, qui (vt superius memoratum est) cum eis erant, adiuuentes eos, velut aurigas ante quadrigam existimare delectari. Itis, imo istorum habitatori verbo dei, sapientis omnium triumphi eius prosequens, gratias agit, qui feliciter ad hoc natū fuit, ut tali in tempore essent parati. Quonodo, inquit, amplificemus Zorobabel? Nam & ipse quasi signum in dextera Israel manu, & Iesum filium Iofedech, qui in diebus suis ædificaverunt domum, & exaltauerunt templum sanctum domino paratum in gloriam sempiternam! Et Nehemiam in memoria multi temporis, qui exxit nobis muros euerlos, & stare fecit portas & feras, qui exxit domos nostras. Quod dicit, in gloriam sempiternam, recte sic intelligitur (sicut supra dictum est) quia domus illa tam diu stare habebat, donec veniret Christus, vera & sempiterna gloria sanctorum, sicut Simeon proloquitus est. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuae Israel.

Eſdrā, propter renouatam novis characteribus legem, præcipuum fuisse.

C A P V T X X I I .

H ¶ Elidram

R V P E R T I A B B A T . T V T I E N . D E V I C T . V E R B I D E I

Esram dicunt esse Malachiam, qui in ordine duodecim prophetarum, duodecimus est, iste quantus nobis esse debet: Non enim ignorare debemus, quia legem ipse renouavit. Scripturas sanctas, que proprie voces sunt verbi dei, dispersas, vixq; Babylonico ignis fuisse perstites ipse congregauit ac reformatum. Quantu hoc est, aut esse debet omnibus seculis: Magnum sit & memorabile, quod tam ipsius ceterorum labore civitas illa, templumque illud manualem restitu vel reaificari potuit. Illud aedificium insoluble, scilicet reformatio sancte scripturæ longioris memoriae, maioris glorie, aliorum est & erit semper excellentia. Literas quoque sive characteres veteribus commodiore atque faciliores iste repperit, & conscriptam legem populo tradens, & tunc scriba velox meruit nuncupari, & nunc & in perpetuum scriba doctus est in regno dei.

SEPTIMI LIBRI FINIS.

R V P E R T I A B B A T I S T V T I E N S I S D E
VICTORIA VERBI DEI,
LIBER OCTAVUS.

Somnium Mardochei non fuisse vanum.

C A P V T . I.

Somnium
Mardo-
chaei.



AGNUM in celo & in terra spectaculum, quod deinde post indulgentiam regum Persarum subsequutum est. A somno Mardochei narrationem inchoare liber, quod & si in Hebreo non haberetur, ut ait illustris vir Hieronymus, tamen in editione vulgata principium erat voluminis Hester, & ad rem nonnihil attinet. Anno secundo regnante Artaxerxe maximo, vidit somnium Mardocheus homo Iudeus, de tribu Benjamin, qui habitabat in urbe Sufis, illa ciuitas exordium sive caput regni erat. Apparuerunt, inquit, voces, & tumultus, & tonitrua, & terrremotus, & conturbatio super terram. Et ecce duo dracones magni, paratiique contra se in praedium, ad quorum clamorem cunctæ concitatae sunt nationes, ut pugnarent contra gentem iustorum, hunc dies illa tenebrarum & discrimini, tribulationis & angustie, & ingens formido super terram. Conturbatus est gens iustorum timentium mala sua, & preparata ad mortem, clamaueruntque ad dominum. Et illius vociferantis sons parvus crevit in fluvium maximum, & in aquas plurimas redundauit. Lux & sol ortus est, & humiles exaltati sunt, & adorauerunt inclitos. Porro post finem libri eiusdem capitulum hoc cerebatur. Dixit Mardocheus. A deo facta sunt ista, recordatus sum somni quod videram haec eadem significantis, nec eorum quiq; irritum fuit, parvus sons qui crevit in fluvium, & in luce solempne conseruus est, & in aquas plurimas redundauit. Hester est, quam rex acceptip vxorem, & voluit esse reginam. Duo autem dracones, ego sum & Aman, gentes quæ conuenerant, hi sunt qui delere conati sunt nomen Iudeorum.

Mardocheus & Aman per duos dracones, sed diuersis rationibus significatos fuisse.

C A P V T . II.

Dracones
duo.

Ab isto, inquam, tali somnio narrationem inchoare liber, eorum que continentur in eodem libro Hester, idcirco ut excitatus animus persentis, malu fuisse illud (quod motus est Aman) ex diabolo draco antiquo, thronum suum habente in pectore Aman, Nam ecce draco dictus est Aman. Duo (inq) dracones ego sum & Aman. & Mardocheus quidem draco visus, sed ratione longe diuersa. Denique draco Aman propter causam veram, propter diabolum, serpentem antiquum veraciter habentem in pectore Aman, cuius videlicet draconis capita septem habentis, quartum caput suffis iam dictum est regnum Persarum & Medorum, maximè propter Aman, & propter gentes illius imperii, super quas cum eleuatus esset Aman, delere voluit gentem, de qua nasciturus erat Christus, iuxta recompunctionem quam accepérat Abraham. Porro Mardocheus draco non reuera, sed inimicorum, scilicet eiudem Aman, & complicum eius accusatione falla dicentum, Quod genus eius, genus Iudaicum, genus esset hominum seditionum, & regno insidiosum. Nec mirum, quod homo simplex & rectus, propter falsam opinionem per draconem malitiosum arque tortuosum in somnio est designatus, cum ipse simplicium rex & rectorum dominus Christus per serpentem aeneum fuerit præfiguratus, dicens domino ad Moyensem. Facerentem aeneum, & pone eum pro signo, qui percussus asperxerit eum, viuet. Nempe licet ille serpens aeneus fuit ablique veneno, sic Christus cum acculatur magus, erat abfus peccato. Similiter Mardocheus propter accusationem Aman per somnum visus est draco. Sed secundum rei veritatem homo erat cultor dei, malitiam non habens draconis antiqui, qui saeviebat in illo Aman superbissimo.

Sicut

LIBER VIII.

Fol. 45.

Sicut Aman Mardocheo crucem parauerat, & in ea suspensus fuerit, ita principem huius mundi diabolum Christo crucem paraesse, & in ea victimum fuisse.

C A P V T . III.

Et quoniam de similitudine mentio iam incidit, qua sancti homines quibusdam modis meritis diuersis assimulari meruerunt filio dei, quemadmodum dicit. Et in manu seruorum meorum prophetarum assimilatus sum. Liber continuo proloqui summam similitudinis, qua in manu huius quoque Mardochei dignatus est assimilari, scit in somnio prescripto pre-signatum fuerat. Duo dracones inter se pugnauerunt, id est, Mardocheus & Aman inuenit consurrexerunt. Parauit Aman patibulum Mardocheo, & Mardocheo feliciter euadente, Aman in ipso quod parauerat appensus est patibulo. Nimurum sic futurum erat, ut verbū incarnatum deus homo factus rex omnium feculorū Iesus Christus aduersus mundi huius principem procederet, & cu illo congrederetur. Et sic factum est, ut per suos satellites draco ille diabolus crucem illi parari faceret, sed non ille in ipso patibulo transfixus est. Triumphantē verbo, quod impennisibilis deus est, & resumpta carne in immortalitate quæ ad breue tempus passa est mortem, ipsum homicidam deus vivens in suo ipsius machinamento strangulauit. Delens (inquit Apostolus) quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrariū nobis, & ipsum culis de medio, affigens illud cruci, expolians principatus, & potestates traduxit confiden-ter, palam triumphans illos in semetipsa. Nunc in rei gesta ordinem ingrediamur,

Paruum fontem, qui in magna creuerit flumina, Hester reginam fuisse.

C A P V T . IV.

Hester. 1.

Hester. 2.

Paruus sons creuit in flumina maximum, & in aquas plurimas redundauit, scilicet Hester captiuæ & paupercula, & veroque parente orbata, multarum gentium regina, multarum prouinciarum domina effecta est in diem placiti dei, in tempus opportunum (altissimo prouidente) bene resuata. Quomodo vel quasi misericordia via? Vir Iudeus, ait scriptura, erat in Sufis ciuitate, vocabulo Mardocheus, filius Iair, filii Semæ, filii Cis de stirpe lemini, qui translatus fuerat de Hierusalem eo tempore quo Iechoniam regem Iuda, Nabuchodonosor rex Babylonis translaterat, qui fuit nutritius filii fratris sui Edilis, quæ altera nomine Hester vocabatur, & vtrunque parentem amiserat, pulchra nimis & decora facie. Mortuusque patre eius ac matre, Mardocheus eam sibi adoptauit in filiam. Opus pium pietas operosa, pium habuit fiducem & inspectorem deum, cui cali in facto in tam liberali gratia suauis virisque oblate erat eleemosyna. Reuera odoratus est dominus odorem suauitatis, & reuera benedixit eis, & huic quæ adoptata fuerat, & illi qui adoptauerat. Benedixit, inquam, ut ambo crescerent in salutem populi, in salvationem sue gentis, cui pessimum exurgebat hostis, scilicet Aman, filius Amadati, qui erat de stirpe Agag. Non putemus illum tunc primam in eis ceppisse hostem Iudeorum, quando Mardocheus eum adorare noluit, smò famidum fuerat hostis, antiquam crudeli in pectora gestans odio causam, veterem perflans ardenti ira inimicitarum materiam. Agag quippe cuius de stirpe hic erat Aman, interficerat Samuel, regem Amalech, quam videlicet gentem peccatricem delere mandauerat dominus Saul regi Irael. Pepercit Saul & populus Reg. 13. Agag, & optimis gregibus ouium & armamentorum, & vestibus, & arietibus, & vniuersis quæ pulchra erant, nec volerunt disperdere ea. Quamobrem irato domino, adducite, inquit Samuel, ad me Agag, regem Amalech, & oblatus est ei Agag pinguisimus, & in frusta concidit eum Samuel coram domino.

Dei prouidentia factum, ut Mardocheus in captiuitate maneret, cum qui vellent, libertatem in patriam redeundi receperint.

C A P . V.

Num. 21.

Num igitur casu, & non potius per dei prouidentiam evenit, quod iste vir sive pater eius, seu pater patriæ eius in captiuitate remansit, & in Hierusalem non ascendit post editum, quo dara est licentia repatriandi? Haud dubium, quin spiritus idem, qui spiritum suscitauit ascendentium, sicut scriptum est. Et surrexerunt principes patrum de Iuda & Benjamin, & sacerdotes & leuitæ, & omnis cuius suscitauit deus spiritum, ut ascenderet ad aedificandum templo domini. Non dubium, inquam, quin idem spiritus, idem deus animo huius immiserit, quantum inibi remaneret, ut tali in tempore paraeret adoptio eius Hester, qui sanctos omnes præsidiuit, & prædestinavit, vocauit & iustificauit, atque magnificauit, ipse Mardocheum magnæ in paruula nepte pietatis præsidiuit & præparauit. Præcœlit inquam, antequam in Babylonem captiuus cum Iechonia duceretur proavis eius Cis. Non ocois hic commonendum erat, quia non ipse Mardocheus, sed Cis proavis eius subaudiens est, ubi præmisso. Erat Hester, vir Iudeus in Sufis ciuitate, vocabulo Mardocheus, filius Iair, filii Semæ, filii Cis de stirpe Iesuini, statim sequitur. Qui translatus fuerat de Hierusalem, eo tempore, quo Iechoniam regem

H iij Iuda

Paruit A-
man pati-
buli cui ap-
pensis est.

Coloss. 2.

Hester 2.

RUPER. ABBATIS TVTIEN. DE VICTORIA VERBI DEI.

Iuda, Nabuchodonosor rex Babylonis transulerat. Siquidem ab illa priore transmigratione in Babylonem, vtque ad tertium annum regis Assueri, quando coniuicium celebravit, & offensus depulit reginam Vashti, & loco eius complacuit Hester, compaurantur anni serme ducenti. Nimirum antequam illus transferret proauius eius Cis, præsuerat deus futuram exaltationem Aman hostis Iudeorum, præsuerat & prædestinauerat econtra Iudeum cum nepte sua parvula Mardochæum, ut tali in tempore haberet verbum dei preparatum in illis humiliis, futurae carnis sue præsidio, ne excederetur arbor, qua datura erat talis fructu Christum, salutem omnium gentium.

Aman exaltatum, & adorari iussum, etiam regnum ambiisse, & Mardochæo propter seruatum regem, inimicum factum fuisse.

CAP. VI.

Factum est, quod futurum deus præviderat, scilicet rex Assuerus exaltauit Aman filium Amadati, qui erat de stirpe Agag, & posuit filium eius super omnes principes quos habebat, cunctisq; seru regis, qui in foribus palati versabantur, slectebant genu & adorabant Aman, sic enim eis præcepserat Imperator. Nimirum & insidierata regis liberalitas, dum se prouerehere putat amicum fidem, profecto contra semetipsum sustollit inimicum crudellem. Insuper & patris loco colimus eum, at idem in epistolis, quas ad centum vigintis precepit prouinciarum principes & duces transmisit. Stulta exaltatio, iubere hominem adorari, quod soli debetur deo, regibus tamen Perlarum de more siebat adoratio, quod superbis regis Persicum exemplum imitatus Alexander magnus aliquamdiu quidem sustulit, sed tandem vbi inuidia se superasse existimat, non salutari, sed adorari se iussit. Acererrus inter reculantes Calisthenes philosphus exxit, quæ res & illi & multis principibus Macedonum exitio fuit. Siquidem sub specie insidiarum omnes interficiunt, retentus ramen est à Macedonibus modus surrandi regis, exosa adoratio. Quid igitur de Persico regni fastigio, preter nomen regum, deuit illi superbissimum, quod quidem infatibilia eius auditas sceleratissime ambivit, sicut animaduertere licet ex libri proemio, in vulgata, ut ait fidelis interpres Hieronymus, editione prescripto. Morabatur Mardochæus in aula regis cum Gabatha & Thara eunuchis regis, qui ianitores erant palaci. Cumq; intellexisset cogitationes eorum, & didicisset, quod conarentur in regis manus mittere, nuntiavit super eo regi, qui de vtroq; habita quæstione, confessos duci iussit ad mortem. Aman vero filius Amadati, pergloriosissimum coram rege, & voluit nocere Mardochæo, & populo eius, pro duobus eunuchis, qui fuerant interficii. Ambiebat ergo regis quocunq; uenomen, non contentus honore quamvis nimio, homo ingratus hominibus, inimicus deo, qui propter hoc Mardochæo nocere voluit, quia regis vitam præmuniendo seruauit.

Aman Mardochæo inimicum, cum videret sibi non slectere genu, totius gentis Iudea extripande consilium capisse.

CAP. VII.

Veruntamen maior & certior odij magnæq; iracundiae causa extitit illa, quam scriptura veritas hoc modo tradit. Solus Mardochæus non slectebat genu, neque adorabat Aman, quod cum audisset Aman, & experimento probasset, quod Mardochæus sibi non slecteret genu, nec se adoraret, iratus est valde, & pro nihilo duxit, in unum Mardochæum mittere manus suas. Auditerat enim, quod esset gentis Iudeæ, magisq; voluit omnem Iudeorum, qui erant in regno Assueri, perdere nationem. Haec bellum causa, hoc duelli sicut insti, hoc modo duo dracones illi pugnare contra se cooperant. Draco scilicet Mardochæus apud homines, penes quos condemnabatur. Draco Aman videlicet primo apud deum, & omnes sanctos eius iudicatus, & deinde apud homines condemnatus. Nunquam tam crudeliter, tam furioso suum quidem caput erexit draco diabolus aduersus mulierem, de qua saepe diximus. Cætera namq; capita eius sese erigentia, multoq; hiatu patentia, hoc intendeant, ut deuorarent filium eius. Caput istud quod hoc intendit, ut totum ipsum deuoraret mulieris corpus, manifestis dendum. Cætera regna diabolicae crudelitati famulantur, gentem illam vexando, dei legem, & omnem promissionis spem admovere contendebant, regnum istud proscerente Aman, deire voluit gentem ipsam. Itaque mulier illam in toto habens atque parturiens nunquam alias magis clamauit, nunquam vehementius cruciata est, id est, gens illa nunquam tam publicum, tam vniuersalem habuit luctum in omnibus prouincijs, oppidis, ac locis, ad quæ crudele regis dogma peruenierat. Luctus & planctus ingens erat apud Iudeos, ieiunium, vlclus, & fletus, faccio, & cinere multis pro strato videntibus.

Quam ob causam Mardochæus Aman non adorauerit.

CAP. VIII.

Primus ipse Mardochæus scidit vestimenta sua, & induitus est faccio, spargens cinerem capiti, & in platea Moedæ ciuitatis voce magna clamabat, ostendens amaritudinem animi sui, & in hoc vlclatu vsc ad fore palaci gradiens. Veraciter de isto quoq; dicas, quia ferru pertransiuit anima eius, & vere beatus est. Nā beati qui persecutione patiuntur propter iustitiam,

Iustitia

L I B R . VIII.

FOL. 46.

Iustitia namq; est, quod noluit adorare Haman, iustum in iuuenis causam. Cuncta nosti (inquit) Hester,¹³, domine, & scis, quia non pro superbia, vel aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, ut non adorarem Haman superbissimum. Libenter enim pro salute Israël, etiam vestigia pedis eius deosculari paratus essem, sed timui, ne honorem dei mei transferrem ad hominem, & ne quenquam adorarem, excepto deo meo. Iustus igitur in hoc facto comprobatur legi sanctæ iustæ, & bonæ obtemperando, cuius hoc præceptum est. Dominum deum tuum adorabis, & ipsi soliferues, Matth.⁴, ac proinde beatam habet memoriam, atq; eximus est inter beatos, qui persecutionem patiuntur, vel passi sunt propter iustitiam, talisq; filius captiuorum dignè adeptus est possessionem, & coronam ciuicam in regno colorum.

Quam ob causam aliquot homines citra reprehensionem adorari potuerint.

CAP. IX.

Sed dicit aliquis. Si contra legem est adorari quenquam hominum, quomodo David sanctus, & sanctæ legis auctor diligentissimus, sese adorari passus est, & non reprehenditur factum, quasi contra legem? Clamans namq; Achimæas, bonum victoriae de Abisalon portans Reg. 2, dixit ad regem, Saulo rex, & adorans regem coram eo pronus in terram, ait. Benedictus dominus deus tuus &c. Itemq; scriptum est. Inclinatus le Bethsabee, & adorauit regem. Et rursus, Submissusq; Bethsabee in terram vultu, & adorauit regem. Et ne adorations ge Reg. 3, fuis minor videatur, ut dicas, longe esse minus vultu summittere vel pronum inclinare, quam genu fletere, quod siebat Haman. Ecce illud occurrit, quod mulier Thecuritis summissa a loab, cum ingressa fuisse ad regem, cecidit coram eo super terram, & adorauit. Quomodo ergo non reprehenditur factum quasi contra legem in David, & Mardochæus hominem adorare pro sa crilegio duxit? Ad hoc breuiter respondendum, quia longe aliud est, adorare hominē sine deo, qualis erat Haman, aliud hominem dei, qualis era David. Nam dum homo sine deo, homo seruens diabolus adoratur, sine dubio diabolus in illo adoratur, & econtra, dum homo, dei, homo deum honorans, & adorans adoratur vel suscipitur, deus in illo adoratur, deus in illo fuscitur. Sed & in hoc dignitatem magna est, quod Haman superbis hoc volebat, hoc exigebat, ut adoraretur. David siue quispiam sanctus, humilis dei seruus, siue vicarius, adoratione non deflectatur, neq; sibi hoc exigit, ut adoretur. Et si aliquando religio fieri hoc existit, constat non fieri ad iniuriam, sed ad honorem dei, constat non fieri homini, quoniam fit pro nomine domini.

Quare tam difficultis ad regem aditus fuerit, ut qui non vocatus adiret, occideretur.

CAP. X.

Cur autem tanta erat difficultas adeundi regem? Nam quod magna difficultas fuerit, ex eo manifestum est, quod Esther Mardochæo demandans, ita respondit. Omnes serui regis, Esther. 4, & cuncta que sub dictione eius sunt, non rursum prouinciat, quod siue vir, siue mulier non vocatus interius atrium regis intraverit, abfusq; vila cunctatione statim interficiatur, nisi forte rex aurea virginem ad eum extenderit pro signo clementiae, atq; ita possit viuere. Rursumq; vade, & congrega omnes Iudeos, quos in Suis repereris, & orate pro me, ne comedatis, & non bibatis tribus diebus ac noctibus, & ego cum ancillis meis similiter ieiunabo, & tunc ingrediar ad regem contra legem faciens, non vocata, tradicente me morti & periculo. Cur (inquit) tanta erat difficultas adeundi regem? Nimirum hoc venerat ex nimia ventositate miseræ vaniratis, ut rex magni imperii plus homine putaret habere aliquid, nec vislor fieret ex vnu publicas villos. Maximè apud Persas mos iste sanctus fuit, ut persona regis occultaretur sub specie maestatis. Ea lege diabolus per Amam abutu voluit, ut dum ille accusator tam familiaris regi imminaret, & ad exculandum nulli aditus pateret, ad exorandum nullus accessus fieret, emuncta regis sententia cureret irreuocabilis, atq; ita draconis illi deuorare liceret, non solum conceperit, verum etiam totum corpus mulieris in utero habentis, id est, gentem vniuersam delere, penes quam erant promissa, quemadmodum idem Mardochæus ad deum orans, dicit. Et nunc tua Esther. 4, volunt mutare promissa, & delere hereditatem tuam, & claudere ora laudantium te, atq; extingue gloriam templi & altaris tui.

Aman stulte tempus perditionis Iudeorum per sortes qua fuisse, cum an perdendi essent, nondum cognovisset.

CAP. XI.

Consideremus altitudinem cordis superbii in ipsa præparatione malignitatibus, ut mense Esther. 1, primo, cuius vocabulum est Nisan, anno duodecimo Assueri, misa est lors in vrnam, quæ hebreæ dicuntur Phur coram Aman, quod die & quo mense gens Iudeorum deberet interfici, & exiuit mensis duodecimus, qui vocatur Adar. Non dum sciebat stultus, utrum deberet gens Iudeorum interfici, & sorte iam quererebat, quo die, quo mense deberet interfici, sorte putabat se esse tantum, & tantus erat in oculis suis, ut in manu sua mors hominū, & vita credi deberet constituta, & idcirco voluntate suâ sati esse iudicata, de intersectione querendū censebat a sortibus

H. iiiij. solummodo.

solummodo de intersectionis tempore. At ille, cuius carnis originem secundum sortes illas parabat praecidere, iamdudum dicebat per os prophetam. In manibus tuis sortes meæ. Voces quippe illius tricentim psalmi, voces sunt verbi incarnati, cuius incarnationis fides & spes secundum promissionem, sic erat in corde illius gentis, sicut infans in utero mulieris. Quantuscunq; vel quascunq; sortes eius fuerint vel sint, quas cōmemorans deo patri dicit ipse. In manibus tuis sortes meæ, nullo modo debent excipi sortes, quas misit Aman, quin ad sortes eiusdem pertineant. Et reuera situr in alio psalmo iam tunc dicebat. Et super vestem meam miserū sortem, ita constanti veritate ipsi dicere conueniebat, & super matrem meam, super gentem, de qua nasciturus eram, miserū sortem. Igitur ille perditus, & à sua superbia deceptus, vna sortium consultatione, de duabus rebus exsuffitum libi responsum vel latissimum effe, scilicet & de intersectione, & intersectionis tempore. Sed in manibus tuis (inquit) sortes meæ, quod sic recte intelligitur, ac si diceret. Iam de isto maligno sortitore Aman hostis & inimicus meus pessimum misit sortes, vt interficeret. Tu autem in manibus tuis habens potestatem vita & mortis, sortes easdem commutasti ad illius intersectionem, & meæ gentis erexit.

Aman per sortes deceptum spacium dedisse Iudeus, ad impetrandum à deo auxilium.

CAPVT. XII.

Reuera iam in isto diaboli membro factum est, quod significabatur in ipso capite diabolico, dicente domino ad beatum Job. Nunguid pones circulum in naribus eius? nunquid illud ei quasi aut? Infatuatus namq; & illusus est ab ipsis sortibus, dum mittere e sorti primo mensie, quo die, quo mensie Iudei deberent interfici, mensis duodecimus exiuit, totum utiq; annum ad dilationem fors illa poposet. Deus exegit sortem regens & habens (vt iam dictum est) in manibus suis. Primum in hoc infatuatus & illusus est, quod nondum sciens utrum genus debet interfici, & solam querens tempus intersectionis, dum à sortibus responderetur intersectionem ipsam, à primo mensie vñq; ad duodecimum, id est, anno ferè integro debere diffiri, idem esse putat, ac si totū vel utrumque habeat in manibus suis, scilicet & intersectione & diem intersectionis. Deinde & in hoc illusus est, quod dum suscepit morte tantæ dilationis interim pendet sententia mortis, opportunum facit viuens genti spacium, quod sufficere possit ad legationes mittendas in longinquum, id est, in altitudinem coeli, vnde auxiliares copiae debeat conducti, scilicet ieiunia, lachrymæ, & preces quæ nimurum idoneæ legationes erant, & sunt, ad invitandum seu invocandum de celo auxilium domini. Profecto & si prope erat (vt est dominus omnibus inuocabit eum in veritate) nihilominus tamen erat necessarium tam longū à sortibus datum dilationis spacium, vt sufficeret tempus currentibus epistolis, & recurrentibus ad principes & populos totum prouinciam, ut nouis epistolis vereres Aman literæ insidias, & hostis Iudeorum, quibus eos in cunctis regis prouinciis perire præcepaterat, corrigi possent, priusquam termino temporis concluderentur. Sanè clamores eorum, quibus vel quantis clamauerint in celum, omnem ætatem sentire, & non obliuisci vult sacer ecclesiæ chorus, dum per singulos annos statuunt diebus declamat ante dominum in persona illorū. Fuerit cor eius, scilicet regis in odium repugnantum nobis, & in eos qui consentiunt eis, nos autem libera in manu tua deus noster in æternum. Reuera qui perpendit quantū ad negotiorum fuerit clamare in celum, ne exterminetur gens vñica, de qua promissa sperabatur salus mundi, dignum existimat clamorem illum, siue hæc clamoris illius altissons vocibus efferi, & immorari contemplatione angustiarum illius temporis, quando mulierem saepe dictam in utero habentem, iam tunc antequam pareret salutem nostram pene absorbit.

Semper fuisse, qui diuina promissionis de Christo memoros, eam impleri desiderauerint.

CAPVT. XIII.

AN putas, neminem tūc in gente illa, vel de populo illo exitisse, quem cur ista tangereret, vel qui sciret Messiam venturum esse? Imo nulla ætas exitit, ex quo deus ad Abraham locutus est, quæ non haberet aliquos fidem & sententiam promissionis illius habentes, & aduentum eius expectantes. Pauci ad modum erant eiusmodi, scilicet qui de aduentu vel regno Christi spiritualiter sentirent. Omnes autem audire oportebat legem & prophetas continentes atq; testificantes eos promissionem, quanvis non spiritualiter inteligerent, id est, quanvis non tam coeleste, quanvis terrenum eius regnum speraret. Nec dubius, quia & si in prosperitate negligentes erant, in aduersitate fieret attenti ad illam spem, ad illam expectationem, iamq; illius aduenire desideraret, quem subuenire posse credebant, vt pote regem magnum, regem potenter. Primus ipse Moyses, dum mitteretur ad Pharaonem. Obsecro (inquit) domine, mitte quem misurus es. Similiter de ceteris ætatis, vel temporibus sentendum, quoties legimus. Et clamauerunt filii Israel ad dominum propter illam vel illam tribulationem. Scindum non desuisse clamoribus eorum memoriam sepelitæ promissionis, qua de lege & prophetis audiebant, promissum esse salutarem. Simulq; norandū, quod quemcunq; taliter clamantibus fuscebarat salutarem,

Psalm. 30.

Job. 40.

Aman illius.

Esther. 14.

Exodus. 4.

saluatorem, aliquid per ipsum efficiebat deus, in quo significaret vel præfiguraret illi, qui ex Psal. 50. peccabatur & deliderabatur. Christum vnicum & verum salutarem, sicut de isto quoq; Mardonchæ iam dictum & adhuc dicendum est. Hęc idcirco nunc dixerim, vt dubium nō sit, quin saltem illa vexatio intellectum dederit auditum, vt recognitarent audito suæ moris adicto con fugere ad deum, & clamare pro aduento Christi, tale quid, quale illud est David. Ut iustice ris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Esther quatuor illis celeberrimis virtutibus preditatam fuisse. CAP. XIV.

Dilectas immorari, diutius contemplari factum mulieris bona, de qua recte dicas. Mulieris bona beatus vir. Numerus enim annorum illius duplex, quia videlicet, & in presenti, & in futuro seculo memoriam bonam, memoriam eternam habet. Delectas (inquit) contemplari, quam bona, & qualibus bonis ornata fuerit, & qualiter opus salutis per manus eius procererit. Ecce in facto vel in processu eius principales quatuor virtutes animaduertimus, quas & diuinæ & humanæ scholæ concelebrant, quas philosophi tam seculares, quam ecclesiastici celeberrimi prædicant, ea tamen differentia, vt isti in spiritualibus & æternis, illi in secularibus & transitorijs fructibus expendant, scilicet prudentiam, temperantiam, fortitudinem, & iustitiam. Virtutes (inguam) istas promptum est agnoscere in ista muliere bona, in facta mulieris huius bona & lenitatem gratia superna coornatas. Primo iam loco temperantia eius considerare liber, sequenti, iustitiam, tertio, prudentiam, quarto, fortitudinem.

Quomodo virtus temperantia in Esther relaxerit. CAP. XV.

TEmperantia virtus in esplendor, dum in summo regni fastigio, in magno regis cubiculo casta & humili apparuit. Sic enim de ea scriptum est. Cum iam diademata regni in casu Esther. 2. pite eius positum scriptura narrasset, necdumq; prodiderat Esther propriam suam, & populu suum iuxta mandatum eius, videlicet Mardonchæ. Quicquid enim ille præcipiebat, obserua Ibidem. bat Esther, & ita cuncta faciebat, vt eo tempore solita erat, quo eam parvula nutriebat. Item, ipsa dicit in oratione sua. Tu sis domine necessitatem meam, quod, abominer signum superbia & gloria meæ, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ, & detester illud quasi pannum menstruale, & non portem in diebus silentij mei. Veraciter extinxit tempore Ibidem. rancie documentum hic apparet, quia magnam humilitatem suauitatem sermo iste redolit. Item dicit, Tu domine, qui habes omnium scientiam, nosq; quod oderim gloriam iniquorum, & detestare cubile incircumisorum & omnis alienigena. Et hic profecto magnum temperantia deus est, quia mulier facta in captivitate regina, quod animo casta sit, deum testem habet.

Quomodo iustitia in ea deprehensa sit. CAP. XVI.

IVsticiam in eo primam animaduertimus, quod confitetur, & dicit. Peccauimus domine in confessio conspectu tuo, & idcirco tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum, coluimus enim deos eorum, lustus es domine. Hic iustitia est. Nam iustus in primis accusator est sui. Deinde & Proverb. 17. amplius in eo iustitia est, quod (sic ut iam dictum est) deum testem habet, quod oderit gloriam iniquorum, & detestatur sit cubile incircumisorum, & omnis alienigena. Siquidem tempore illo, & ex quo deus ad Abraham facta promissione loques, Circumcidetur (ait) in vobis omne maiusculum, & circumcidetis carnem præputi vestri, vt sit signum foderis inter me & vos. Extulit (inquit) vñq; ad adventum Christi, iustitiae principiū erat circumcidere, cum fide Abraham credens in promissione beati seminis. Unde & Apostolus dicit. Et signum accepit circumcisio Rom. 4. mis, signaculum iustitiae fidei. Nec prætereundum, quod valde congruum fuerit illud signum sue signaculum iustitiae fidei, in ea (qua semen nascitur) parte corporis, quia videlicet promissio cui Abraham credit, seminis promissio fuit, seminis vñius, quod est Christus. Itaq; circumcidet, testimonium erat fidelis, testimonium credendi in Christum venturum, sine cuius fide nullus potest iustificari, iustitiae igitur palmæ obtinet, iustitiae quae ex deo est, dum detestatur cubile incircumisorum, sciens quia præter fidei semini Abraham (cuiusfidei circumcisio signifera) rex ille, quamvis sibi misericors, deo iniustus existebat.

Et hoc iustitia fuisse, quod incircumcisio propter necessitatem coniungi sustinuerit.

CAPUT. XVII.

Pras ne minus iustitiae nunc obseruer tolerando id quod oderat cubile incircumcis, quanvis Hester. 14. si refugisset, ne vlo modo coniungeretur illi, nequaquam, nam tu domine (inquit) scis necessitatem meam. Et vera sententia est, necessitas parit coronam, Veræ necessitas eius necessitas fuit pariens coronam. Et quis nouit (inquit Mardonchæ) utrum idcirco ad regnum veneris, Hester. 4. vt in tali tempore patereris. Nequaquam tantum debuit illi esse custodia corporis sui, vt preponeret eam communis saluti sue gentis, imo saluti totius mundi, cui videlicet salutem omnium mirabiliter cooperata est illa coniunctio captiue Hester & regis Assueri. Nam per illam occasionem liberata

RUPER. ABBATIS TUTTIEN. DE VICTORIA VERBI DEI.

Exod. 33.
R om. 9.

Liberi sunt Iudei, qui fieri debebant patres salutis, patres carnis Christi. Et si illa nondum hoc totum sciebat, quando primum ad cubile incircumcisum fuit adducta, tamen sic futurum erat. Et quis acculerit Moses de iniustitia dicentem ad eum. Aut dimittet eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsi. Quis item acculeret Apostolum de iniustitia dicentem. Op tabam ipse ego anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cogniti mei secundum carnem. Sic profecto nec Hester acculisti de iniustitia potest, etiam si optaret cōsūmū incircumcisio regi pro salute vel consolacione sua gentis, etiam si non eveniret periculum tam magnum quod post illam coniunctionem evenit, sola captiuitatis necessitas illam excusare posset.

Quomodo prudentia in eius consilijs spectata sit. CAP. XVIII.

Iam prudentiae virtus in ea spectabilis ad laudem dei prædicandi est. Fecit enim tam prudenter, ut distante spiritu sapientie fecisse non dubites, & sicut de beato Ioseph dictum est. Eloquium domini inflammatum eum. Ita de ista quoque veraciter dicas. Eloquium domini inflammatum eam, dicentes ad eam regi. Quid vis Hester regina, quæ est peritus tua? etiam si dimidiam partem regni mei perieris, dabitur tibi. Ita respondit. Si regi placet, obsecro, ut venias ad me hodie, & Aman tecum ad coniūcū quod paraui. Non statim dixit petitionem suam, non confessim aperuit voluntatem suam, sed ad coniūcū vtruncū truitauit, amicum & inimicū, regem & Aman. Prudenter prouidebat illi aperire inimicitas, vnde effugere nō posset hostis homicida. Sed nec in primo coniūcio rem aperuit, dimisitq; hostem morti destinatum vnius die malā securitate perfrui, & de magnitudine diuinaturum gloriari, iactantem atq; dicentem, Regina quoq; Hester nullum alium vocauerit cum rege ad coniūcū, præterime, apud quam etiā cras cum regi pransurus sum. Illum vtiq; male securit, regem autem magis benevolū, magisq; fecit atentum. Si (inquit) inueni gratiam in conspectu regis, & si regi placet, ut der mihi quod postulo, & meam impluat petitionem, veniat rex & Aman ad coniūcū quod paraui eis, & cras regi aperiā voluntatem meam. Feram immanem, vrsū serocē, ut tradat ad supplūcū, allicit ad edulium, ne prius audiat famam, quā subeat pœnam, ne prius videat foueam quām incidat in eam, prudens & sciens commodius esse, seram comprehensam intus opprimi, quām exterritam & per faltus fugientem cum canibus dubio euentu insequiri.

Quid prudenter coram regi petitionem suam exposuerit. CAP. XIX.

Hester. 7.
Pro ipso modus locutionis, vbi tandem regi voluntatem suam aperuit, vbi petitionem suam & preces suas locuta est, ille (inquam) modus locutionis qualis exstitit, dicentes regi fam tercia vice, Quæ est petitia tua, etiam si dimidiam partem regni mei perieritis, imperabis, Ita respondit. Si inueni gratiam in oculis tuis o rex, si tibi placet, dona mihi animam meam pro qua rōgo, & populum meum pro quo obsecro. Traditi enim sumus, ego & populus meus, ut conteramur, & iugulemur, & pereamus. atq; vniā in seruos & famulas venderemur, etiā tolerabile malum, & gemē tacerem. Nunc autem hostis noster est, cuius crudelitas redundat in regem. Laudabilis in tali elocutione prudentia est, prudentia sana cuius doctrīna est sancta & matura humilitas. Nunquid reginam se esse sciebat, quæ tali modo regi supplicabat? nunquid amari se sentiebat, quæ cum tanto timore obsecrabat? Profecto mirari rex ipse poterat, qui si peteret illa dimidiā regnū partem dare paratus erat, mirari (inquam) quid regina sua, dilecta sua, digna imperio præ cunctis mulieribus existimata, sibiq; præ omnibus feminis complacita, pro anima sua, id est, pro vita sua supplicabat, tanquam captiva, tanquam proscripta, velut si ab ipso rege fuerit condemnata. Haec propter intimandam eius prudentiam dīcta sunt, quæ tanta est ut magnitudinem eius nullus verbis dignè valeat consequi.

Eius prudentiam veniū diuinam prouidentiam fuisse. CAP. XX.

Hester. 5.
Nenquid vero fatis est dixisse prudentiam? Imo magis diuinam prouidentiam. Confidemus que inter dilationes eueniuntur, dum differt regi aperiā voluntatem suam. & li- quido confabat quia prouidentia diuina rexit regine prudentiam. Quando ad primum cum rege venit Aman coniūcū, nondum sibi met destitutum parauerat supplicium. Siquidem deo iudice sicut erat praordinarum, ut ipsem pararet patibulū, machinatum alteri, debitum sibi. Hoc autem (sicut iam dictum est) nondum parauerat. Diuina igitur factum prouidentia non dubitamus, quod voluntate suam primo aperiā coniūcū differēs. Veniat (inquit) rex & Aman ad coniūcū quod paraui eis, & cras aperiā regi voluntatem meā. Egressus est illo die Aman latus & alacer. lube (inquit) vxor eius parari, excellam trahem habentē altitudinis quinquaginta cubitos, & dic mane regi, ut appendat super eam Mardochæus, & sic ibis cum rege locutus ad coniūcū. Noctem illam rex duxit insomne, & inter legendū vel audiendū historias & annales priorū temporū venit occasio, ut illum quæ parabat Aman appedere super patibulū, ipsem regis vestibus induēt imponeat super equum regium, precedens & clamans ante illum. Hoc honore condignus est, quemcunq; rex voluerit honorare. Multum itaque per dilationes

LIBER VIII.

Fol. 43.

dilations illas aucta est regis bencvolentia, & hoc diuinus prouisum est, quoniam regem ausitum petitionem Hester, benevolū quoq; Mardochæo fieri oporebat, quod mirabiliter effectū nocte illa meritorum eius relata memoria.

Aman in coniūcio quasi hamo captum fuisse.

CAP. XXI.

Amplius autem illud, quod adhuc dicere libet, prudentiae Hester pariter & diuinæ prouidentiae laus est. Deniq; de diabolo dictum est ad beatum lob. In oculis eius quasi hamo capiet cum. Itē, an extrahere poteris Leuathan hamo, profecto per escam capitur, quod hamo extrahitur, eca ostenditur, ferrum subtegitur. Quod secundum hanc similitudinem diabolus, persequendo Christi humanitatem, ab eiusdem diuinitate fuerit comprehensus, notum & visum habemus, nimis illius, scilicet diaboli seruus & satelles era. Aman precipitus, & in illo habitans ipse diabolus est rati sceleris machinabatur. Nonne igitur mirabile est, & cogitatu delectabile, quod in coniūcio captus est, dicente regina, Hostis & inimicus noster pessimus iste est Aman. Deniq; quasi hamo captus est in oculis suis, comprehensus est, qui coniuvando super mensam inuenit pœnam. Manifeste & miro modo gessit diabolus figuram, econtra Christi Mardochæus typum gessit. Sicut enim Aman in cruce suffixus est, quam Mardochæo parauerat, & Mardochæus super equum regium ascendit, quem honorem sibi Aman à rege parati putauerat. Ita diabolus in cruce damnatus & triumphauit, quam Christo parari fecit, & Christus viuens fedet ad dexteram patris, cuius similitudinem diabolus sibi arrogare presumpt. Prinde granter dixerim, quia verbum dei, verbum deus, verbum nondum incarnatum, deus nondum homo factus, victoriam suam non solidū ibi præsignauit, verum etiā ibi iam vicit, ibi iam prudentia eius percussit superbū, & ibi iam obstericante manu eius egressus est coluber tortuosus.

Quanta fuerit in ea boni zeli fortitudo.

CAP. XXII.

Quod per tres iam dictas virtutes, temperantiam, iustitiam, atq; prudētiā strenue, immo diuinus fuerat prouisum, per fortitudinem confessim haud legniter est consummatum. Fortitudo in pectora humilis formā tanta existit, quæ & in omnī gentem ipsius redundauit, ut suspenso Aman in patibulo, cum regis ira requiesceret, zelus reginæ non requiesceret, Hester. 7. sed si regi placet, inquit, detur potestas ludis, ut sicut hodie fecerunt, sic & cras faciant in Suis, & decem siliq; Aman suspendatur in patibulo. Dixerat autem ei rex, In urbe Sulis interfecere Iudei quingentos viros, & alios decem filios Aman. Quantum puras eos exercere eadem in vniuersitatis prouincijs? Quanta fortitudo zeli, dicentes sicut fecerunt hodie, sic & cras faciant in Sulis, & suspendentes in patibulis iam interfectos decem filios Aman. Si non fuisset propter deum vel propter iustitiam, videretur crudelitas. nunc autem considerata causa, vindictam eiusmodi non solum excusat, verum etiam iustificat, quod non fuerit furor crudelitatis, sed seruor fortitudinis, non morus securitatis, sed morus iustitiae, non ira excessus, sed vita prospersus. Causam iam considerauimus, iam considerandum propositum, quia de gente illa sperabatur mundi fulis, nasciturus expectabatur Christus. Prinde dignum se faciebat spiritus sanctus, inspirando humilibus & teneris mentibus, ut pro tempore & re iustitia dura, durititia iusta vterentur, defendendo bona oīlū radicem, bona radicis oīlū, ut staret & permaneret, donec daret fructum suum, donec esfunderet oleum, verum generando Christum. Quod vbi factum est, reconde, ait Petro, gladium in vaginam, quia videlicet, cur vteretur gladio Petrus, causam iam non habebat necessariam. Cum igitur legimus, quia pro animabus suis steterit Iudei, interfectis hostibus ac persecutoribus suis, in tantum, ut septuaginta quinq; millia occisorum impleuruerint, & nullus de substantiis eorum quicquam contingere, iam distam præ oculis habentes causam, dignū festinare factum arbiteremur, quod videlicet festum scripto edixit Mardochæus, sanciuit Hester, ut omni studio dies interfectionis illius solennis in posterum servaretur, & reuerte se semper anno solenni honore celebraretur.

Quoties verbum dei aliquod ex capitibus draconis Vicirit, persona, in qua vicerit, vicitoria signa contulisse.

CAP. XXIII.

Hic iam norans de verbo dei, quia de singulis capitibus draconis, dū vincit regalia vicitoria signa, perlors illis per quas vincit, imponit. Ioseph & Moses, per quos vicit caput primum, caput Aegyptium, in curribus triumphauerunt dominus ac principes facti sunt, illi dicente rege. Ecce constitutus te super omnem terram Aegypti, annulum regium, stolamq; hyssinam, & torquem accipiens auream, sedensq; super currum regium. Moses autem Aegyptio domita, merito Pharaone, de cantans vicit, canticum, totiusq; populi obtinens principatum. Helias, per quem iudicatum atq; concilium fuit caput secundum, sicut loco suo narratum est, postquam detectis reges ad perniciem, & confregit potentiam ipsorum, postquam vnxit reges ad poteriam, & prophetas fecit successores post se, receptus est in turbine ignis, in curru

LIBER VIII.
fol. 43.
dilations
petitio
victoria
signa
contulisse

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

R V P E R T I A B B A T . T V T I E N . D E V I C T . V E R B I D E I

Tertium. curru equorum ignorū. Daniel, & socij eius, per quos humiliatum fuit caput tertium, principes facti sunt, præcipu Daniel, quem rex Nabuchodonosor, cadens in faciem suam adorauit, & in sublime exultit, quem deinde Balthasar purpura vestiuit, & torquem auream collo circumedit. Mardochæus & Hester, per quos caput quartum, appeno Aman in patibulo, & filius eius, ut iam dictum est, septuaginta quinq; milibus strangulatum atq; concisum est, qualiter victoriae titulis fuere glorificati. Hester regina regis in capite suo gestauit diadema. Mardochæus de palatio, & de conspectu regis egredens, fulgebat vestibus regis, hiacintinis videlicet & ærinis, coronam auream portans in capite, & amictus pallio serico atq; purpureo. Qui caput quintum, caput nequissimum reperceruerunt. Machabæi fratres post bella ingentia, crebræ victorias, purpura & stola sancta, fibulae aurea regio more perornata sunt, & posteri eorum regnum & sacerdotium non parua gloria recuperatu obtinuerunt. Porro qui caput sextum vicit, septimumq; vinceret, quando Antichristus spiritu oris sui interficeret Christus Iesus, non qualisq; propugnator verbi dei, sed ipsum verbum dei, verbum deus, homofatus, coronam aut purpuram in hoc mundo non nisi irrisoriæ accepit, coronam spineam, chlamydemq; coecineam, & in dextera manu arundinem pro sceptro imposita. Veruntamen, que pro irrisione in hoc mundo data sunt ei, sic in serua convertit, ut nunc appareat angelis & hominibus sanctis in gloria & honore patris, habens purpuram resurrectionis, coronam gloriae, & eterni sceptri imperii. De tribus ultimis capitibus mentio nunc tantum facta sit, ut simil de cunctis capitibus vnum in praesenti loco spectaculi habeatur, quod ad laudem spectat verbi dei. Quia qui pro illo laborauerunt, & regnum eius expectauerunt, singuli suis temporibus insignia victoriae regalia, praesenti quoq; seculo spectabilia post labores & angustias sustulerunt. Nunc ad ordinem revertamur.

*Quid mysterij contineat, quod Aman in patibulo quod Mardochæo parauerat, suspen-
sus fuerit.*

CAP. XXIIII.

In genere spectaculum & tunc erat oculis intuentium, & nunc est mentibus memorantium, quod homo potes & superbus eaturem adorari solitus ante portas urbis, in patibulo quod Mardochæo præparauerat, suspensus est, & omnis cognitio eius non nobis, aut rex, sed deo, ei reddente quod meruit. Hoc ipsum valde miratur & Iosephus, qui tam totum mirari necuit, quia sacramentum Christi, cuius in typum illud gestum est, ignorauit. Unde, inquit, mihi contingit mirari nomen dei, & sapientiam, iustitiamq; eius agnoscere, non solidum quod malivolentiam Aman punivit, sed & quod excoxitata in alium tormenta, in eum convertit, & caeteros hoc sentire permisit, quoniam qui in alium molestus fuerit, haec in se primum para cognoscit. Totum (ut iam dictum est) mirari nesciuit. Nos autem sciamus, & misremur in laudem verbi dei, quia futuri triumphi sui, quo redimendus erat mundus omnis, pulcherrimam similitudinem promisit illuc. Nam sicut iam supra dictum est, in ligno crucis non verbum dei, verbum deus interiit, sed diabolus, cuius similitudinem gessit Aman, iudicium damnationis acceptit, & hoc extra portæ ciuitatis, ne vel a mysterio vacet, quod ante portas huius urbis, id est, Sufis, ait idem rex, & Aman, & omnis cognitio eius pender in patibulis. Hoc exinde plus habet miraculi, quod non per hominem prophetam suum, sed cognitorem sui nominis, sed per hominem gentilem deus rem tanti effecte sacramenti, tam profundi plenam mysteri.

Diabolus,
non de ver-
bum, in cra-
ce interierit.

Hester, s.

Matth. 12.
Luc. 11.

Quid mysterij contineat, quod domus Aman data sit Hester regina. CAP. XXV.

Sed & illud ad mysticam similitudinem non nihil atinet, quod suspensu Aman in patibulo, die illo, ait scriptura, dedit rex Asiuersus Hester regina domum Aman aduersarii Iudeorum. Utique dando Hester dedit Mardochæo. Nam subinde sic scriptum est. Hester aurem constituit Mardochæum super domum suam. Quantum ergo pulchritudinis in hoc facto est, si ilud recolas, quod in evangelio veritas ait, significans diabolum de domo sua fore ejiciendum. Cum (inquit) fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quae possident, si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa armis eius auferet, in quibus confidebar, & spolia eius distribuire. Sic futurum erat, & sic factum est, quia diabolus tanquam fortis armatus in genere humano potestatem habens, per peccatum sic obtinebat mundum, tanquam dominum suum, sic atrium suum, sed verbum incarnatum fortiore manu superueniens vicit illum, & atrium illius fecit suum. Pulchre igitur cum Hester Mardochæus euadens patibulum, viuus suspensi Aman domum possedit, quia sic futurum erat, ut Christus, verbum dei, cuius origo carnis per Hester & Mardochæum defensa est, in cruce dominato principe mortis, ipse cum ecclesia sua principatum teneret, præsentis quoq; seculi publica religione socialis secularis imperii & ecclesiastici sacerdotij festinata.

*Somnium Mardochæi, in quo paruum fontem, in fluuium magnum, deinde in solem con-
verti videt, in Hester regina completum fuisse.* CAP. XXVI.

Quis

L I B E R . V I I I .

Fol. 49.

Parvus fons.

Vis tandem non videat effectum somnii verum, sicut dictum est. Parvus fons qui crevit in fluuium, & in lucem solemq; conuersus est, & in aquas plurimas redundauit. Hester est, quam rex accepit vxorem, & voluit esse reginam. Sed forte dicit, quod omnis ciuitas exultauit, & lætata est, quod Iudeis noua lux oriri visa est, & honor, gaudium, & tripudium, quod omnes populos, vrbes atq; prouincias, quo cunctus regis iussu veniebant, mira exultatio, epule, atq; conuiuia, & festus dies, quod inquam post tristitia noctem tantam habuerunt legitime lucem parum est, ut iam completem illuc arbitremur, quod parvus fons crescens in fluuium, conuerterit in solem. Concedendum est, quia nullum gaudium transitorium pro quantitate sui magnitudine meretur nuncupari sol, aut comparari, cuius videlicet solis lux sine forma non mutatur ut luna, sed plena perleuerat. Igitur neq; Iacob in somnio Ioseph, neq; Hester in somnio Mardochæi propter suam personam soli assimilata est, sed propter Christum solem iustitiae vnum, & solum, tam illa quam haec per solem signatus est, illa quia iam Christum habebat in promissione, haec idcirco, quia Christi genus unde nascetur, referuant adiviuane sui corporis gratiosa pulchritudine, siveq; & castitatis meritò præemere. Finis & causa finalis eorum quae tunc facta sunt, Christus est, & idcirco veraciter dicit, quia parvus fons in solem conuersus est.

Captiuitatem populi propter verbum dei, multo quam gentium imperiosam libertatem, gloriostorem fuisse.

CAP. XXVII.

Transitorii
gaudii soli
comparari
non potest.

Comparerat nunc illa populi dei captiuitas cum libertate gentium, sub quibus, vel inter quas populus ille captiuitas erat. Quidnam gloriostius, quid felicius extat, gentium ne que sine deo erant imperiosi libertas, ad populi spem habentis in verbo promissionis captiuitas. At vero ut certum respondeas iudicium, respice conscriptam ex historijs & annalibus felicitatem, imo infelicitatem gentium & regum super eos dominantis. Quomodo regnabant, quomodo imperabantur. In languinibus regnabant, in mortibus imperabant, false viventes, & vere morientes, gloriari scientes, & calamitatem habentes. Nunquid enim illa quæ diximus capita draconis interea, dum contra mulierem in utero habentem stabant & hiabant, saltem sibi metu parcebant, & inuicem mordendo semiperda laniare cessabant? imo suis mortibus semper ipsa multo magis cruenterabat. Nam contra mulierem quidem uno malignitatis spiritu male concordantia, rectum tempore faciebant, dentesq; collidebant, sed contra semiperda modo diuisa inuicem oderant, & super inuicem saliebant, terramq; suo sanguinem quasi copioso imbre compluebat reges regum, amici amicorum, cognati cognatorum, filii patrum, patres filiorum, nec maternis vberibus filii parentes, sanguinem voraces hauriebant, irritati interdum solummodo favoribus disponsi propter regnandi cupiditatem beluinam. Mater nonnunquam dum alteri filio plus fauere putatur, ab altero filio iugulatur, & a filio pater obruncatur. Millia centena, & plusquam millia centena dietim bello cœsa, nimisq; diabolo pro ludohabentur. Non est praesentis propoli, horribiles & diabolicas recitare gentilium bellorum tragedias, qui vult, vel cui vacat, sunt historiæ multiplices, legat illas. Nostra hic intentio est, perhibere quod verum est, capiuto dei populo, gentes vel reges gentium captiuitas illum, etiam secundum presens seculum fuisse miserabiliores, quoniam istis respiciuntibus ad promissionis verbum, omnia non solius in futuro, verum etiam interdum in praesenti seculo cooperabantur in bonum, illis autem cum verbo dei nihil habentibus, omnia cooperabantur in malum.

Superato per verbum dei Persarum & Medorum regno, Macedonum quod in Daniele per hircum caprarum significatur successe. CAP. XXVIII.

Regimen
captiui po-
puli dei.

Tandem fieri oportebat, quod in verbo domini dispositu fuerat, sicut Daniel preuiderauit, vt videlicet hircus caprarum venies super faciem totius orbis terræ, & efferratus in arietem percuteret eum, & cornua eius cõminueret, ita vt arietem de manibus eius nemo liberare posset. Hircus caprarum regnum sicut Macedonum, & cornu insigne quod habebat inter oculos suos, magnus Alexander exitit. Porro aries regnum erat Persarum & Medorum, Darius Alexander sibi filius regnabat rex quartusdecimus, in quo completem est, quod significabatur premonstrante propheticō spiritu. Cumq; misserit (ait) in terram arietem, hircus ecclœlauit eum, & nemo quibat liberare eum, videlicet arietem, de manibus eius. De hoc mirabile & miserabile illud propter præmemoratam regum vel regnorum gentium infelicem felicitatem nō præterire libuit, quia grande spectaculum factus est, & experimentum magnum, quām sit instabilis status seculi, quām infida fiducia mundi. Tribus prælitis ab Alexandro vicitus, a cognatis suis arietis compedibus & catenis, in gratia vicitoris vincitur, & clauso vehiculo exportatus, multisq; vulneribus confosus adhuc spirans ab Alexandri militibus inuenitur, & perlatu ad Alexandrum, feliciter te (inquit) hoste, quām cognatos propinquosq; meos sortitus sum, matri quippe & liberis meis à te hoste data vita, mihi à cognatis erepta, quibus & vitam dedi & regna. Haec propter incertam & ludicram mundanæ felicitatis aleam cõmemorata sint, quia regna mundi semper

Alexander
magnus.
Darius.
Danie. s.